

TUZ
3

Biblioteca Universitaria



Estante 26

Tabla 8852

Número 11

9523

9523

Libreria de PP Na de Salas
~~Abd. sup. p. 30 acty~~

~~Punto 1º Curo 4 numº 3.~~

Punto - 1

Pino - 7

num 46.

acste pseta Nam San Geronimo.

Satyricus disertissimus.

AVLI PER
SII FLACCI SATYRAE

SEX, IOANNE MVRMELLIO

Ruremundensi, Scholiaste, cum Indice copio-
siore & Annotatione uarietatis quæ

est in carmine Persiano.

Item Hermanni Buschii, ~~authoris~~ *Auctoris danti-*

noua prologi ac primæ Satyræ explicatrix Episto-
la, *nati*

Autoris uita ex Crinito, ac pauculis qui-

**permissa.*

busdam de Satyra & Satyrographis,

annexis.



PARISIIS,
Ex officina Christiani Wecheli.
M. D. XLVI.

VAL PER
CANTON OF MARYLAND
OFFICE OF THE REGISTER
OF THE LANDS
Baltimore, Maryland

James Buchanan
of the County of
Baltimore, State of
Maryland, do hereby
certify that the
above named
James Buchanan
is the owner of
the land described
in the foregoing
instrument.

*In Persij præfationem
argumentum.*

Commendat, ridens alios præfatio, uatem.

Auli Persii Flacci in Satyras prologus.



E C F O N T E labra prolui
Caballino,
Nec in bicipiti sōniasse Parnaso
Memini, vt repentè sic poëta
prodirem:

Heliconidasq; pallidamq; Pyrenen
Illis relinquo, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces: ipse semipaganus
Ad sacra vatam carmen offero nostrum.
Quis expediuit psittaco suum χαῖρε?
Coruos quis olim concauum salutare,
Picasq; docuit verba nostra conari?
Magister artis, ingeniq; largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
Quòd si dolosi spes refulserit nummi,
Coruos poëtas, & poëtrias picas
Cantare credas Pegaseium melos.

*In Persij proœmium, Ioannis Murmellij Ruremun-
densis ecphrasis.*

*Nec prolui labra mea in fonte Heliconis, Musis
sacro, quem Pegasus, equus alatus ungula sua dici-
tur aperuisse: nec memini somniasse in Parnaso, duos*

A ij uertias

uertices habenti, ut prodirem Poëta repente, sicut fabulantur quosdam uisis Musis, mox poëtas euasisse. Cedo autem, & permitto Heliconidas, & pallidam Pyrenen illis, quorum imagines sunt hederis coronata: Ipse uero semirusticus & satyrus, offero carmen nostrum n. ordax & satyricum ad sacra uatum, hoc est, in ædem Apollinis, uel Musarum: idq; nec inanis gloriæ, nec uentris explendi, nec pecuniæ gratia, uerum ut in moribus corrigendis, rei publicæ proxim. Quis enim expeditè loqui docuit psittacū χαίρει, hoc est, salue, idq; ita expeditè, ut ei propriū natiuūq; uideatur? Quis docuit coruos olim salutatione uti, quasi ex oris concauo, non sine raucedine prodierint? Quis docuit picas exprimere uoces humanas? profectò uenter, doctor artis, & donator ingenij ad imitandas uoces, quas illis natura non dedit. Quòd si spes nummi dolosi, id est, pecuniæ, quæ multos falsos fieri cōegit, refulserit, tot concurrent uersifices ad poëmata componenda, ut facile credat quispiam coruos poëtas, hoc est, raucos, stridulos, ineptos uersificatores: & picas poëtrias, id est, garrulos, loquaces, obstreperos uersifices cantare Pegaseium melos, hoc est, conari, tentare, & suo iudicio canere poëticum, & quidem dulcissimum cantum.

Eiusdem scholia.

Scazon.

Versus sunt iambici, σκάζοντες, id est, claudicantes: habent enim in fine pro iambo spondeū, qui pes maior est quàm sextus in senario perfecto. Differt

autem

SATYRAR. PROLOGVS. 5

autem σνάζωρ à perfecto senario iambico, quòd hic in sexta sede, spondeus esse debet, tum in quinta semper iambus. Cauendum igitur, ne in quinta sede ponatur spondeus, aut alij quos integer senarius iambicus in ea suscipit. Bene autem Persius hoc opus iambicis inchoauit, cum Archilochum proprio rabies armauerit iambo, sitq; metrum hoc in primis conueniens reprehensionis acerbitati, quod Hipponax & ipse mordacissimus in uersum scazontem infregit de industria, cum inimicos lacerare uellet, quo uidelicet feriret fortius. Poëtarum quatuor sunt genera, quorum primum est eorum, qui moralis philosophiæ studiosissimi, uirtutes laudibus efferunt, scœlera uituperijs deprimunt, ab his summopere mortales deterrent, ad illas maximo studio, totisq; uiribus adhortantur: nec aliud quicquam sibi quærunt, quàm ut humanæ societati profint, & bene de plurimis merendo, superis euadant charissimi. Secundum est eorum, qui inanis gloriæ cupiditate inflammati, & dies & noctes id unum student, ut præclaros poëtarum titulos, & immortalis celebritatem nominis auapentur. Hi ut in primis sunt iactabundi, se cum Apolline & Musis in Helicone & Parnaso consuetudinem habuisse non uerentur gloriari, sibiq; statuas cum honorificis inscriptionibus, & lauream ante omnia comparare student. Tertium est eorum, qui uentrem colunt, & ea quæ sub uentre sunt, qui potius scurræ, lenonésue, quàm poëtae sunt uocandi, scurrilia cõpo-

Poëtarũ ge-
nera qua-
tuor.

A iij nentes

nentes & impudica uel adulatoria carmina, quibus uel à diuitibus uictum consequantur, uel in sui amorem puellas alliciant, Baccho Veneriq; mancipati. Quartum est auarorum, qui pecuniæ gratia uersus meditantur & poëmata scribunt: è quorum numero fuit ille, de quo Flaccus,

Gestit enim nummum in loculos demittere, posthac
Securus, cadat, an recto stet fabula talo.

Horum igitur quatuor generum, unum tantum, quod primo loco posuimus, est probabile, cui se Persius ad scribendū modestissimè significat, ipse semipaganus inquiring ad sacra uatum carmen offero nostrum. Reliqua uerò tria in hac præfatione satyrias auillis aspergit, idq; mirabili ironia, quasi aliud agens: quo fit ut pleriq; Poëtæ nostri sensum minus rectè percipiant. Inanis enim gloriæ cupidos notat illis uersibus, Nec fonte labra prolui caballino, Nec in bicipiti somniasse Parnaso, Memini, ut repentè sic Poëta prodirè: Heliconidasq; pallidamq; Pyrenen, Illis relinquo, quorum imagines lambunt Hederæ sequaces. Voluptuarios autem, quorum magister est uenter, taxat illa carminis parte, Quis expediuit psittaco suū χαίρε. Auaros uerò postremis sazontibus insectatur, Quòd si dolosi spes refulserit nūmi, Coruos poëtæ, & poëtrias pias Cantare credas Pega-seiū melos. Reddit itè hoc proœmio beneuolū auditorè, cum atra arrogantia se cōmendat, aliorū increpans ambitionem, libidinem, & auaritiam: doilem & attentum,

attentum, ubi se ait ad uatum sacra carmen offerre suum. Fonte caballino.) Is est, quem in Bœotia uolucris equi unguanatum fabulantur. Græce dicitur ἵπποκρήνη, hippocrene, id est, equi fons. ἵππος enim equus, κρήνη fons interpretatur. Biapiti.) Id est in duos colles surgenti. Parnaso.) Parnasus mons Phœdis, Apollini, Baccho, & Musis sacer: de quo Naso, Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus Nomine Parnasus, superatq; cacumine nubes. Et Lucanus, Quantum semotus eoo Cardine Parnasus, gemino petit æthera colle, Mons Phœbo, Bromioq; sacer. Ut repente sic poëta prodirem.) Ut Hesiodus & Ennius prodierunt, quorum ille dicitur à Musis ad Heliconis fontem deductus, repenteq; factus poëta: hic somniauit Homeri præstantissimi uatis animam in corpus suum immigrasse. Heliconidas.) Heliconides ab Helicone, monte sibi consecrato, Muse sunt appellata. Pallidam.) Ad fabulam referendum. Pyrene enim mulier fuit, quæ ex duobus filijs altero amisso, præ mœrore fleuit usq; adeò, ut in fontem sui nominis sit conuersa, quare iure pallidam dixit. Est autem Pyrene fons Acrocorinthi, aquas habens perspicuas, potuiq; suauissimas, ob id Musis consecratus. Lambunt.) Circundant. Hedera.) Hederis enim Baccho sacris, quem & Apollinẽ eundem Deum faciunt, poëta coronabantur, sicut & laurea. Vergilius, Pastores hedera crescentem ornate poëtã. Propertius, Mi folia ex hedera porrige Bac-

Sequax.

Semipaganus.

In Persij
quosdā e-
narratores

che tua. Iuuenalis, Qui facis in parua sublimia carmina cælla: Ut dignus uenias hederis, & imagine macra. Sequaces.) Sequax iusto epitheto dicitur hederæ, cuius natura est, ea quibus adheret sequi. Eleganter Lucretius dixit curas sequaces, quæ mortaliū animos persequi non desistunt, illo uersu, Reueraq; metus hominum, curasq; sequaces. Ipse semipaganus.) Semirusticus, subagrestis, quales sunt Satyri, in agro & syluis uersari ac ludere soliti. Est autem ironia Socratica, qua dum uitat arrogantiam, clanculum notat & mordet ambitiosos & gloriabūdos uersifices, qui sibi uidebantur urbanissimi, longeq; disertissimi, cum nihil præter inanem iactantiam tenerent. Socrates enim stultitiam imperitorum, scire se aliquid opinantium, differendi lepore mirabili, & acutissima urbanitate agitauit atque uersauit, hoc inquiring scio, quòd nescio: quo dicto sophistarum leuitatem sic elusit, ut apud cordatos nihil illis stultius iudicaretur.

Ad sacra uatum.) In ædem Apollinis uel Musarum ad quam poëtæ sua opera deferebant. Offero.) Sic in antiquis exemplaribus legitur, alij legunt affero. Carmen nostrum.) Versus satyricos à nobis in usum reipublicæ conscriptos. Quis expediuit psittaco suum χαίρει). Miror eruditos quosdam homines tam inaranspecte locum hunc interpretari, tradentes poëtam dicere, se necessitate coactum, lucrispe animum ad carmina scribenda applicuisse, quod profecto falsissimum est. Quid enim stultius esset, quid

quid absurdius, quid à satyrographi instituto magis alienum, quàm se à uentre, & auaritia, ad scribendas satyras adactum fateri? Nullus unquam uersificatorum usque adeò desipuit, ut non magis blandiloquentia, quàm mordacitate cum diuitibus, & ijs qui munera possunt elargiri, putarit agendum: Nec Persius noster adeò fuit pauper ut unquam sibi in animum induxerit, nobilibus Romanis supparasitari, & ab illis sibi, uel coenas ad satiandum uentrem, uel alia munuscula ad augendam rem suam, cõparare. Nouerat enim optime uulgatissimum illud, Obsequium amicos, ueritas odium parit: unde dixit ipse, Sed quid opus teneras mordaci radere uero Auriculas? Loquitur igitur nunc uel de alijs uersificatoribus, uel ironicõs de se ipso, fingens in se esse uitia, quæ sunt in alijs. Mos enim Satyricorũ est, ut sæpiuscule sub persona sua corrigere nitantur mores aliorũ, & simulēt se ijs laborare uitijs, à quibus uelint illos dehortari. Sumus enim ferè mortales eo nati ingenio, ut ægrè nostra, libèter aliena carpi uitia, & corrigi errores, audiamus. Nec obijciat mihi nunc aliquis illud Horatij, Paupertas impulit audax Vt uersus facerem: Non enim significat se paupertate coactũ Satyras cõposuisse, sed odas & lyrica carmina, quibus se in Mecœnatis amicitia insinuauit, & per hũc Augusto recõaliauit: Postea factus ætate prudētior, noluit diutius ludicris & assentatorijs carminibus operã dare, sed ad Satyras scribendas,

Mos Saty-
ricorum.

bendas, & moralis philosophiæ studium pluribus communicandum se contulit, unde est illud, Nunc itaque & uersus & cætera ludicra pono: Quod uerum atq; decens, curo, & rogo, & omnis in hoc sum, Cōdo & cōpono, quæ mox depromere possim. Quis expediuit psittaco.) In assentatores fertur & parasitastros, qui uentris replendi gratia molliculo carmine diuitibus blandiuntur. Potest & torqueri hoc in amasios poëtas, qui libidinis impetu permoti, puellis & meretricibus impuro poëmate palpantur, nihil non ad earum nutum facientes. Psittaco.) Psittacus, græce fœminino genere ψιττάκην, auis est indica, uiridis toto corpore, torque tantum miniato in ceruicæ, distincta. Imperatores teste Plinio salutatur, & quæ accipit uerba pronunçiat. Vt Apuleius libro floridorum secundo refert, ita similiter nobis canit, uel potius eloquitur, ut uocem si audias, hominem putes: cui subscribens Albertus Magnus, Amat hæc auis, inquit, loqui cum pueris, & ab illis, omnis auis facilius loqui discit. Vox eius naturalis est ualde sonora, & adeo perfectè loquitur, ut si quis non uideat auem, hominem esse opinetur. Hæc Albertus. Aduchuntur nunc Psittacæ præstantissimi ex Lusitania, uicinisq; insulis æthiopiis, uario colore discriminati.

Psittacus.

Martialis in Apophoretis:

Psittacus à uobis aliorum nomina discam:

Hoc didici per me dicere, Cæsar aue.

Oci-

Occidit illa loquax humanae uocis imago, Ouid.

Psittacus, extremo munus ab orbe datum.

Χαίρε græcè, salue latinè. Coruos.) Coruus a- χαίρε.
uis est nigra, uulgo notissima, docilis & ipsa sermo- Coruus.
nis humani, quem rauca uoce, & è concauo oris ex-
pressa imitatur. Macrobius testis est coruum à quo-
dam institutum, his uerbis Augustum salutasse, aue Cæ-
sar uictor imperator. Miratus Cæsar officiosam a-
uem, uiginti millibus nummum emit. Salutatus simi-
liter à psittaco, emi iussit eum. Idem miratus in pica,
hanc quoq; redemit. Picasq;.) Caue ne legas, pi- Pica.
cas quis, contra metri rationem. Pica est auis notissi-
ma, uarij coloris, partim albi, partim nigri. Hæc mi-
rabili studio, & assidua meditatione uerba nostra
perdisat, itaq; reddit absolutè, ut uocem si audias, ho-
minem putes. Nec mirum, cum Pieri filia cum Musis
ausæ cantu decertare, in id genus auium sint mutatae.

Stattus.

Et Aonio uersæ certamine pice.

Martialis in Apophoretis.

Pica loquax certa dominum te uoce saluto,

Si me non uideas, esse negabis auem.

Ingeni pro ingenij, Apocope est Venter.) Quæ-
admodum genera quædam auium uenter ad humanas
uoces imitandas exatant, ita & hominum pleriq; la-
borantes egestate, coguntur artem discere, & poë-
mata meditari. Verum latenter ij notantur uersifi-
cæ, qui uentris & uoluptatis gratia diuitibus adu-
lantur,

Proverbiū. lantur, cum natura sint ad poëticaen minus idonei. Græcorū adagio est, πολλῶν ὁ λιμὸς γίνετ' ἰδίασκα λθ, id est, multorum, fames est doctrix. Versu sic redditur ab Erasmo, Fames magistra est artium complurium. Ouid. Ingenium mala sæpe mouent. Euripides, πενία δ' ἔτ' σοφίαν ἔλαχε, Paupertas autem sapientiam sortita est. Verg. Labor omnia uincit Improbus, & duris urgens in rebus egestas. Mimographus, Hominem experiri multa, paupertas iubet.

Claudianus.

Prouocet ut segnes animos, rerumq; remotas
Ingeniosa uias paulatim exploret egestas.

Quòd si dolosi.) Inuehitur in auaros, qui non ut reipub. conferant, sed ut rem priuatam comparatis pecunijs augeant, poëmata scribunt, & negligenter quidē, ut qui magis sint rei nummarie quàm musicis & poëtias numeris intenti. Per coruos nunc accipe raucos & musicis ineptos, nimiumq; pecunie cupidos. Corui enim teste Alberto, furaces sunt & amici uulpium. Extat lepidissimus apologus Aesopi de coruo & uulpe, quo constat coruum minimè esse canorum, sed ambitione, stultè in cantum profilire. Per picas intellige garrulos & ambitiosos, quales fuerunt Pieri filie, cum Musis ausæ cantu contendere: & ineptos uersificatores, qui lucri amore doctioribus cedere dedignantur, pecunie semper inhiantes. Sunt enim & picæ & monedule cum primis furaces.

Corui.

Picæ.

Nummus
dolosus.

Dolosi nummi). Dolosos homines facientis.

Phocyli-

Phocylides.

Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ὅτι ἀπάσκει,
 χρυσὸς ἀεὶ δόλος ὅτι ὄσι καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
 χρυσὸς καὶ ἄρχηγέ, βιοφθόρε πάντα χαλέπων
 εἶθε σε μὴ θνητοῖσι γυνέσθαι πᾶμα ποθεινόν.

Σὺ δὲ ἔκκημα μάχαι τε, λεκλασῖαι τε, φόνοι τε.

Ἐχθρα ἢ τέκνα γονεῦσι, ἀδελφοί τε σωαίμοις,

Id est, Avaritia mater malitiæ uniuersæ. Aurum sem-
 per dolus est, et argentum hominibus. O Aurum, malorum
 princeps, uivipera, omnia minuens, Utinam non mor-
 talibus esses noxamentum amabile. Tua enim culpa pu-
 gnaeque, praedaeque, caedesque. Animiæ uero filij parētibus,
 fratresque germanis. Poëtrias.) Poëtria, graece ποι-

ήτρια, est foemina, poëtices perita. Terentianus, Con-
 tinuasse pedes istos in carmine solos Diatur hæc ea-
 dem præclara poëtria Sappho. Britannicus legit poë-
 tidas. Est et qui poëticas legit: Sed uera est hæc le-
 titio quam posuimus, et antiquissimi cuiusdam codicis
 fide comprobata. Melos.) Graece μέλος: produ-

citur autem e ratione l liquidæ, ut apud Homerum,
 ἡμερόερ κονάβησε, θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄψε. Her-
 molaus Barbarus in Plinianis castigationibus. Porro
 uerbum melos primam quidem habet correptam, sed et lon-
 gam quoque; Homero in hymnis, ut illud Persij, Pegaseiū
 credas melos, etiā defendi possit: aut ita sane legi, pe-
 gaseiū melos credas, etiā si nectar quoque; in quibusdā
 scriptū est, nō melos. Angelus Politianus in miscella-
 neis nectar nō melos legendū censet, quia sic in anti-

quissimo

Poëtria.

Melos.

Nectar.

quissimo codicē scriptū legerit, cui etiā accedit Ioan-
 dus Veronensis, qui se in quibusdam Persij antiquis
 codicibus, nectar legisse diat. Nec est tam improprie
 dictum, quā quibusdā uidetur, cantare nectar: Hoc
 enim nomine non solum potus deorum, sed & immor-
 talitas significatur. Cantare igitur pegaseium nectar
 sibi uidentur, qui credunt se canere dulcissima carmi-
 mina, nunquam intermoritura. Licet & sic inter-
 pretari, Cantare, id est, cantando representare, pe-
 gaseium nectar, hoc est, dulcissimum potum pegaseij
 fontis, ut postremum primo respondeat, in quo fon-
 tis Caballini facta mentio fuit.

In Auli

In Auli Persij Flacci satyram pri-
mam, Ioannis Murmellij
argumentum.

Nobilium primâ mores taxantur inepti.

Satyra prima.



CURAS hominum, ô quan-
tum est in rebus inane!

Quis leget hæc? mín' tu istud
ais? nemo, hercule, nemo:

Vel duo vel nemo, turpe & mi-

serabile, quare?

Ne mihi Polydamas & Troiades Labeonem
Prætulerint, nugæ: non si quid turbida Roma
Eleuet, accedas, examénve improbum in illa
Castiges trutina, nec te quæsiueris extrá.

Nam Romæ quis non? ah si fas dicere, sed fas:
Tunc cû ad caniciẽ, & nostrû istud viuere triste
Aspexi, & nucibus facimus quæcunq; relictis,
Cùm sapimus patruos, tunc tûc, ignoscite: nolo.
Quid faciã? sed sum petulanti splene cachinno.

Ecphrasis.

*O uarias & superfluas mortalium curas, ô quan-
ta est in rebus uanitas! Quis leget hæc carmina mea
mordaçissima? Mihine tu ais istud? Nemo hercule, ne-
mo leget hæc: uel duo uel nemo. Hoc autem est tur-
pe*

pe & miserabile, quòd scilicet nemo dignabitur hæc
lectione. Quare nemo uolet hæc legere? Soliat⁹ sum,
& timeo, ne Polydamas & Troiana foemina, id est,
Nero, & effoeminati nobiles Romani prætulerint
mihi Labeonem. At nugæ sunt: si quid enim Roma-
norum multitudo iniquè iudicantium deprimat, non
est ei assentiendum, nec improba dubitatio ad illius
sententiam & iudicium corrigenda: nec hominis uir-
tus extra consensum eius quaerenda est, quod ple-
rique omnes faciunt. Nam quis non affectat popula-
rem laudem & gloriam Romæ, cum tamen sit expers
ueræ uirtutis? Ah utinam fas sit mihi dicere, & elo-
qui liberè, quod sentio. Sed fas esse uidetur tunc, cum
aspexi ad caridam, & uitam istam nostram seueram,
& ad ea quæcunq; facimus, nuabus relictis, hoc est,
pueritia iam transacta, cum sapientia patruos imita-
mur, tunc, tunc fas esse uidetur liberè loqui. Ignosce-
te uos Romani, si quid liberius in uos dicam. Nolo li-
berè dicendo uos offendere. Quid faciam? Non liben-
ter bilem uobis mouerem, sed sum cachinno petulan-
ti splene, nec possum uestras ineptias non irridere.

S C H O L I A.

Hac Satyra inuehitur in Romanos nobiles ac
opulentos, maximè senes quorum carpit ambitionem
nihil aliud studiosius, quàm uulgaris & indocta mul-
titudinis applausus, & laudes, impudicorum sarru-
liumq; poematum, uel dialogorum recitatione, ap-
tantium. Taxat & eos, qui inter potandum, mollius-
culas

culas poëtarum fabulas, uocis lenocinio pronunciant, easq; supra modum laudant. Item eos, qui cum sint ad scribendos uersus ineptissimi, cœnarum & munerum largitionibus assentatores sibi comparant, quorum nugabundis inflati palpationibus, sibi uehementer placent, dum coram in os laudantur, à tergo uerò sunt omnibus derisui. Hi ab adulatoribus persuasi, Heroica scribere carmina nihil ueretur, cum ne paruis quidem & humilibus rebus describendis sint idonei. Prætereà carpit antiquarios, ueterum uerborum asperitatem nimis amantes. Nec illis parat, qui in capitalibus criminibus refellendis, tanto perè laudem affectat, ut in rebus serijs ac grauibus, ab argumento suo recedentes, ludere uideantur. Postremò eos insectatur, qui sine matura meditatione uersus effutiunt molliculos, non ex morali philosophia, sed ex uanis & turpibus de Cybele ac Baccho, idq; genus alijs fabulis, ornatum requirentes. O aras hominum.) Exclamatio est satyrica, in uarias hominum & quidè stultissimas curas, & abruptum principium, indignanti aptum. Quis leget hæc?) Ut plerisque enarratoribus Persij uisum est, fingit sibi amicum adesse, qui cum tam asperam audisset exclamationem, Satyricum rogat, quis tam dura sit lecturus, cum lasciuia duntaxat molliaq; carmina Romanis placeant: At mihi aliorum pacè, poëta solus loqui uidetur per indignationem, & se interrogare, & sibi respondere, & dicta confirmare, & confirmata diluere, & sepe ora-

B tionem

In Persij
enarrato-
res.

tionem mutare, & sensus præ satyrico furore uariare. Non enim ex aduerso loquentem induat ante illum locum, Rides, ait, & nimis unis naribus indulges: Neque si antè amicum sibi adesse fingeret, fuit ei dicendum, ait, sed ais, quod grammaticæ ratio postulat, sed id glossularij non animaduertunt. Huc etiam spectat id, quod paulopost subijat, Quisquis es ô, modò quem ex aduerso dicere feci. Modò, id est, pauloante, non ab initio satyræ. Min tu istud ais?) Sibijpsi loquitur, antiquissimi commentarij testimonio. Min per apocopen pro mi ne, id est, mihi ne. Mi enim datiuus à mis pro mihi. Vergil. Et mi genus ab Ioue summo. Ne mihi.) Subaudiendum est, soliatum sum, & uereor, uel simile quippiam. Nec assentior ijs, qui contendunt Ne pro certe accipiendum, ut sit affirmantis aduerbium: nam si id ita esset, poëta non subiunctiui, sed indicatiui modi uerbo fuisset usus. Subiunctiuus enim modus dubitanti magis conuenit, indicatiuus affirmanti. Nec mirandum est satyrographos. eclipsin, id est dictionum defectionem sæpius usurpare, cum hoc sit indignantium peculiare ut orationem abrumpant, & præ animi furore non omnia proloquantur. Polydamas.) Doricè πολυδάμας per ω magnum scribitur, & ita hic prima produatur. Legitur & recte Pulydamas per u ex Homericâ imitatione: apud Homerum enim est πολυδάμας pro πολυδάμας, ut apud Maronem upilio pro opilio. Apud Homerum libro Iliados 22. Hector indigna-

Min.
Mi.

Polydamas.

Pulydamas.

digna-

dignabundus, magno secum animo, Hei mihi, inquit si
 intra muros me recipiã, primus me Polydamas ar-
 guet, qui mihi, ut nostros intra moenia reducere, hac
 exitiosa, qua in nos Achilles insurrexit, nocte cõsu-
 lebat, cui ego minime obsequutus sum, q̄ satius pro-
 fecto fuisset: nunc cum temeritate mea populum ami-
 serim, Troianorum Troianarumq; longas uestes tra-
 hentium conspectum reformido, ne quis imbecillior di-
 cat, Hectorem suis uiribus fretum Troianos prodi-
 disse. Marc. Tul. ad Atticum, uereor non Pompeium
 modo, sed Troianos, & ne primus Polydamas me re-
 prehendam. Per Polydamanta igitur Persius urbana
 quadam ironia Neronem significat. Polydamas enim
 Troianus fuit, & interpretatur multorum domitor,
 sed & multinuba potest interpretari. Sicut enim δα-
 μάζω uel δαμάω significat domo, ita δάμαρ
 uxor interpretatur. Undique igitur Polydamantis no-
 mine Nero notatur, qui se originẽ à Troianis ducere
 iactitauit, aliensiumq; maxime fuit studiosus: item ti-
 midus & imbellis, nullorũ prorsus domitor, sed o-
 mnium prauarum libidinum seruus, & nimium luxu-
 riosus, ac effœminatus. Troiades.) Fœminæ Tro- Troiades.
 ianæ. Miror eorum imperitiã, qui per Troiadas ui- In grãma-
 ros Troianos accipiunt, cum ἑωαε, pro quo dicitur à tistas.
 poëtis ἑωιαε, fœminam Troianam significet: nec ul-
 lum sit nomen patronymicum in as generis masculi-
 ni. Ignominioso autem nomine Romanos nobiles ni-
 mis effœminatos insectatur, & proscindit, quum eos

B ij

Troia-

- Labeo.** Troiadas uocat, nec tamen ab Homero discedit. La-
beonem. (Acius Labeo Homerum imitatus res Tro-
ianas carmine complexus est, ob id Neroni grauis,
Nuga. tametsi poëticae parū doctus. Nuga.) Dicta quod
nihil agant, uana uerba, uel res uana & nullius pre-
Eleuo. cij. Eleuet.) Minuat, extenuet. Eleuo significat
derogo, & alterius auctoritatem minuo, & uerbis ea
minora facio, quæ sunt extollenda. Liuius, Q. Fabi-
us, meas res gestas in Hispania eleuauit, id est, de-
Examen. pressit. Examen.) Proprie lingua est, qua trutina
regitur. Maro, Iuppiter ipse duas equato examine
lāces sustinet. Ponitur pro inquisitione, & dubitatio-
ne, quæ paulo momento uel huc uel illuc impellitur.
Trutina. Diatur & examen apum Trutina.) Est foramen
Prouerbiū. in quo examen regitur. Nec te quæsiueris extra.)
Prouerbiali hoc schemate dictum est. Sis, inquit, re-
cti conscientia contentus, nec popularem spectes opi-
nionem. Cicero in Tusculanis quæstionibus, Tuo tibi
iudicio est utendum. Nam Romæ quis non?) Sub-
audiendum, se extrā quærit, & ex populari pen-
det opinione? Ah.) Ita Philippus Beroaldus legit,
non at. Si.) Vtinā. Fas.) Subintelligendū, sit. Nu-
Prouerbiū. cibus relictis.) Nuces relinquere, est omissis studijs ac
nugis puerilibus, ad grauiora magisq; seria conuerti.
Pueros enim nucibus lusitare nemo non nouit. Cum
sapimus patruos.) Id est, postquam abiectis puerili-
bus nugamentis, seueros mores induimus. Solent enim
patruum seuerius obiurgare nepotes, si quid hi peccau-
erint.

uerint. Horatius, Ne sis patruus mihi, id est, ne me a-
stiges. Splene.) σπλήν græcè, latinè lien. Physia a-
iunt lienis magnitudine intemperantiam ioci consta-
re, hoc est, eos quibus magnus est splen, propensio-
res esse in risum. Splene ridemus, felle irasamur, cor
de sapimus, iecore amamus. Cachinno.) Diatur
qui dissolute ridet. Cachinnus, immoderatus risus.
Cachinno seu cachinnor, immoderatè rideo.

Prouerbiū.

Splēn.

Cachinno.

Cachinnus.

Cachinnor.

Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber
Græde aliquid, quod pulmo aīq; prælargus anhelet.
Scilicet hæc populo, pexusq; togaq; recenti,
Et natalitia tandem cum sardoniche albus
Sede legens celsa, liquido cum plasmate guttur
Mobile colluerit, patranti fractus ocello:
Hic neq; more probo videas, neq; voce serena,
Ingentes trepidare Titos, cūm carmina lumbū
Intrant, & tremulo scalpuntur vbi intima versu.
Tūn' vetule auriculis alienis colligis escas?
Auriculis, quibus & dicas cute perditus, ohe?
Quid didicisse, nisi hoc fermētū, & q̄ simul int'
Innata est, rupto iecore, exierit caprificus?
En pallor, seniumq; :ō mores, vsq; adeone
Scire tuum, nihil est, nisi te scire hoc, sciat alter?

Ecphrasis.

Nos inclusi in cælla scribimus, ille quidem uersus,
hic autem à metri lege solutus, scribit magnum quip-

B iij piam

piam, quo pulmo spiritu abundans, anhelando proferat: Scilicet quando nobilium quispian pexus, & indutus noua toga, & albus cum sardoniche die natali dono sibi missa, colluens liquido plasmate mobile guttur, & in lasciuiam profusus libidinanti oculo, reatauerit in eminenti cathedra populo hæc, tunc uidere possis magnos Romanorum principes libidinose moueri, neque probo more, sed impudicis gestibus: neque serena uocæ, sed tremula & fœminea, quando carmina recipiuntur lumbis, & postquam uiscera titillantur molli uersu. Tú ne cariose senex carmina cõponis, ut eis aliorum aures pascantur? aures, inquam, quibus etiam tu qui iam præ senio autem amiseris, dicas, ohe? Quid didiaste prodest, nisi ista scientia tua, quæ uix præ tumore, pectore contineri potest, & sterilis ista gloriæ cupiditas, quæ semel innata est in mente tua, in lucem eruperit, pectore tuo patefacto? En pallor, seniumq;: ò mores, nunquid usque adeò scientia tua nihil est, nisi alter sciat per tuam ostentationem te ea præditum esse?

S C H O L I A.

Scribimus inclusi.) Suam personam satyricè admiscet, ut liberius alios carpat, idq; minus ægrè ferat. Est autem subintelligendum: Ego satyras scribo.

Scilicet.) Ironicõs ponitur. Sic apud Terentium, Id populus curat salicet. Cum sardoniche albus.) Id est, pallidus sicut & sardonix gemma qua se ornauit: hic enim Cum est præpositio, in uersu subsequenti est

Sardonix.

ti est aduerbiū. Sede legens ælsa colluerit.) Hypallage est, pro eo quod est, colluēs liquido plasmate mobile guttur, & fractus patranti ocello legerit in ælsa sede. Colluēs autē partiāpiū tāetsi presentis sit tēporis, præteriti tamē accipiendū est. Plasmate.) $\omega\lambda\acute{\alpha}\sigma\mu\alpha$ latinè figmentū interpretatur. Plasma etiam dicitur potio ex dulcioribus quibusdam rebus accommodata. Quintil. lib. I. Sit autem in primis lectio uirilis, & cum suauitate quadam grauis, & nō quidem prose similis, quia armē est, & se poëtæ canere testantur, non tamē in cantium dissoluta, nec plasmate (ut nunc à plerisque fit) effœminata. Ingentes Titos.) Ironia est, id est, Romanos principes magnæ auctoritatis, & urbis tutores: Romanorū enim prænomen Titus à tuendo: Vnde & tituli milites appellati sunt, quasi tutuli, quòd patriam tuerentur. Vbi.) In quibusdam exemplaribus legitur, scalpuntur ut intima uersu. Auriculis.) Repetitio est facta ad maiorem indignationem. Ohe.) Vox est bacchantium. Meo iudicio legendum hic euœ, ex græco $\epsilon\upsilon\omicron\iota$, quo Dionysius geographus usus est, $\epsilon\upsilon\omicron\iota$ $\beta\acute{\alpha}\kappa\chi\epsilon$ $\lambda\acute{\epsilon}\gamma\omicron\nu$ $\tau\epsilon\varsigma$. Et Catullus, Euœ bacchantes, euœ capita inflectentes. Item Horatius, Euœ recenti, Mens trepidat metu. Vnde quidam apud Iuuenalem nō ohe, sed euœ legunt illo uersu, Satur est, quū dicit Horatius Euœ. Quid didicisse.) Eclipsis est: subaudi uel prodest, uel iuuat, aut tale quippiam. Fermentum.) A feruendo dictum fermentum est, quoniam feruefactum

Plasma.

Titus.

Tituli.

Ohe.

Euœ.

Fermentū.

B iij

fari-

farinae immistum, optimum panem facit. Quemadmodum uerò fermentum ui sua farinam disrumpens, feruorem suum emittit, sic scientia & doctrina in humano pectore inclusa, exire, ac suas ostendere uires cupit. Caprificus.) Vt parietes ac sepulchra caprificus penetrat, ac disrumpit, sic in eo qui doctrinam intus conceperit, ea quemadmodum caprificus penetrare, ac iecore tanquam pariete disrupto, exire nititur. Propter similitudinem, fermentum & caprificus ad rerum cognitionem ac scientiam transferuntur. Caprificus è syluestri genere ficus est, nullo unquam tempore maturescens, sed omnia in quibus nascitur loca ui sua penetrans, & è muris maxime erumpens. En pallor seniumq;.) Suo loco & tempore exclamatione utitur, cum significatione indignationis atq; doloris. Eum enim indignanter reprehendit, qui cum etiã senio palleat, ita tamen alienum se à bonis moribus ostendat, ut scientiã, quæ nõ alijs innotescat, nihil possidenti profuturam existimet. Nisi te scire.) Figura est regressio: hoc enim uerbum, scire, repetitur eleganter.

At pulchrũ est digito mōstrari, et dicier, hic est.
 Tén' cirratorum centum dictata fuisse
 Pro nihilo pendas? ecce inter pocula quærunt
 Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.
 Hic aliqs, cui circũ hūeros hyacinthina lena est,
 Rancidulum quiddam balba de nare locutus,
 Phyllidas

Phyllidas, Hypsipylas, vatū & plorabile si quid,
 Eliquat, & tenero supplantat verba palato:
 Assensere viri: nunc non cinis ille poëtæ
 Felix? non leuior cippus nunc imprimat ossa?
 Laudant conuiuæ: nunc non è manibus illis,
 Nunc non è tumulo, fortunataq; fauilla
 Nascentur violæ?

Ephrasis.

At, monstrari digito à prætereuntibus est pulchrū
 & honorificū: & dici, Hic est ille poëta, est pulchrū
 ac honestum. An æstimes nihili, librum tuum præbuis-
 se materiam, quam magistri pueris frequentissimo di-
 ctauerint auditorio? Ecce Romani saturi quærunt in-
 ter potandum, quid diuina poëmata narrent. Aliquis
 nobilium, uestitus hyacinthina læna, locutus in conuiuio
 molliculum quiddā & putidum de nare balbutienti,
 molliter enunciat fabulas Phyllidis & Hypsipyles,
 & si quid flebile est à poëtis compositum, & sup-
 primit tenero ac effœminato palato uerba. Viri qui
 hæc audiunt, assensere nobili illi, fabulas id genus, uo-
 as leno anio recitanti, & nugas eiusmodi pariter ap-
 probant: nōne cinis ille poëta, qui sic inter potandū
 laudatur à nobilibus, est nunc felix? nōne leuior
 cippus imprimit nunc ossa illius poëtæ? Conuiuæ lau-
 dant poëtam, cuius poëmata recitantur, nōne uiolæ
 nascentur nunc è manibus illis? nōne è tumulo et for-
 tunata fauilla illius poëtæ, cuius carmina à nobilibus
 & prin-

Et principibus Romanis adeo suscipiuntur, probantur, predicantur?

SCHOLIA.

At pulchrum est digito.) Ironia est. Irridet enim leuiculos inanis gloriæ captatores. M. T. ultim. Tusculanarum questionum lib. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aqua ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia est, insusurrantisq; alteri, Hic est ille Demosthenes. Martialis, Sed toto legor orbe frequens et dicitur, hic est. Idè alibi, Rumpitur inuidia, quod turba semper in omni monstramur digito. Tén.) Tène, apocope est. Cirratorum.) Puerorum arros habentium. Cirrus, capillus contortus et crispatus. Iuuenalis, Flauam cæsariem, et madido torquentem cornua arro. Hinc Cirratus, arros habens. Martialis, Nec matutini arrata caterua magistri. Eæ inter pocula.) Satyrico risu taxat eos qui inter potandum de scriptis aliorum disputant, et temerè quasilibet et ineptas fabulas de rebus turpissimis molliter cõpositas laudibus efferunt.

Tén.

Cirrus.

Cirratus.

Romulidæ.

Romulidæ.) Romani, sed in se ironiam habet, quasi dicat Romuli minime similes, qui sobrius fuit, et nequaquam temulentus. Saturi.) Cibo potuq; distenti. Cic. in Tusculanis: Quid, quòd ne mente quidè recte uti possumus, multo cibo, et potione completi.

Hyacinthinus.

Hyacinthina.) Rubra, et hyantho flori persimilis. Est autè hæc uera lectio, testibus Nicolao Perotto, Philippo Beroaldo, Aldo Manutio, tametsi Calderinus

derinus illum carpserit super hoc, sanè quàm impudenter. Lectio hæc etiam probatur ex antiquis exēplaribus Hieronymi ad Furiam de uiduitate seruanda scribentis, ubi hyacinthina lena legitur: & sanè Persianam elegantiam non decēbit, si quis legerit & ianthina, cum hæc coniunctio & turpiter sit redundatura.

Lena.) Græcè χλαῖνα, paludamentum, uestis, superindumentum. Maro, Tyrioq; ardebat murice lena. Phyllidas.) Phyllis regina Thraciæ quæ De

Lena.

mophoontem adamauit, à quo cum se spretam suspicaretur, uitam finiuit suspendio. Hypsipylas.) Ὑψι- Phyllis.

πυλὴ, hypsipyle interpretatur altas portas habens. Hæc filia Thoantis, Lemni regina fuit, uarias calamitates experta. Quibusdam placet π uerti in suam

Hypsipyle.

aspiratam, ut dicatur hypsiphyle, ut Ἰόπαιον trophæum. Eltquat.) Molli & liquida uoce pronun-

ciat. Supplantat,) Supprimit. Viri.) Ironicōs, in quibus nihil uirile est. Nōne. Nunc.) Cum ita

laudatur à nobilibus & principibus Romanis. Loquitur autem hæc poëta ironicōs, significans inanem ap-

plausum, & uanas illas laudationes nihil conferre mortuo, iuxta illud, Post cineres gloria sera uenit.

Cippus.) Tumulus. Cippus est instrumentum ad col-

Cippus.

ligandos pedes, terra quoq; in tumulum coaggerata. Ponitur pro sepulchro: significat interdum colum-

nam. E manibus illis.) E sepulchro, ubi manes il-

lius quiescunt: ex opinione ueterum, animas mortuorum in sepulchris requiescere putantium.

ridos

rides ait, & nimis vncis
 Naribus indulges: an erit qui velle recuset
 Os populi meruisse, & cedro digna locutus,
 Liquebre nec scōbros metuētia carmina, nec th? ?
 Quisquis es ô, modò quē ex aduerso dicere feci.
 Non ego cum scribo, si fortè quid aptius exit,
 (Quādo hęc rara avis est) si quid tñ aptius exit,
 Laudari metuā (neq; enī mihi cornea fibra est)
 Sed recti finemq; , extremumq; esse recuso
 Euge tuū, & belle : nam belle hoc excute totū,
 Quid non intus habet?

Ecphrasis.

Aduersarius aliquis, rides, inquit, & indulges
 nimium corrugationi narium, ac hominum irrisioni.
 An quispiā erit, qui recuset uelle mereri laudē popu-
 li, & loquutus carmina cedro conseruāda, relinquere
 ea, quæ nec scombros, nec thus metuant? hoc est, quæ
 immortalitatem consequantur? Respondet Persius: O
 quicumq; es, quem induxi pauloantè ex aduerso lo-
 quentem: Ego non metuam laudari, si quid aptius for-
 tē exit cum scribo, quandoquidem hæc rara avis est,
 tamen non metuā laudari, si quid aptius exit, & scri-
 bendo prouenit: neq; enim tam duro sum corde, ut lau-
 dis dulcēdine non afficiar. Verūm nego tuas assenta-
 tiunculas esse finem & extremum honesti. Nam si di-
 ligenter excusseris & examinaueris uoces istas as-
 sentatorias, uanitatis eas, & fraudis inuenias plenas.

SCHO-

SCHOLIA.

Ait subaudiendum, aduersarius quispiam. Ex hoc loco cōuinci possunt errati, qui ab initio Satyræ, monitorem inductum contendunt: quod si factum esset, quomodo stet orationis congruitas, uiderint illi, mihi sanè uidetur non ait, sed ais dicendum Persio fuisse, quod si quis contra exemplarium fidem inconsultè reaperit, uersus concinnitatem nimio sibilo perturbauerit. (Nimis uncis naribus indulges.) Nimum irrides & subsannas nobiles Romanos, mollium poematum admiratores, idq; naribus in rugam contractis. Horat. in sermonibus, Naso suspendis adunco. Cedro digna.) Id est, quæ perpetuò seruentur. Libri, authore, Vitruuio, oleo adriano tincti, non timēt tineas, nec cariem. (Sombros metuen.) Chartacis acullis saisamenta uenditabātur. Martialis, Nec sombris tunicas dabis molestas Scōbr⁹ piscis est ex quo laudatissimum fiebat garum. Quisquis es.) Aduersario pauloante inducto respondet Persius. Ordo est, O quisquis es, quem feci modò dicere ex aduerso. O nunc interiectio est admirantis & familiariter reprehendentis aduersariū. Quisquis es.) Per contemptum, quasi ad ignotum, id est, qualiscunq; es, albus an ater, equidem haud scio, tamen qualiscunq; es, audi quid tibi respondeam. Hinc arguendus error est eorum, qui Cornutum à Persio inductum suspiciantur, Modo.) Pauloante ibi uidelicet, rides ait. Ex aduerso.) E contrario, aduersus me. Rara auis). Pro- uerbio

In Persij
enarrato-
res.

Scombrus.

O.

Error quo
rundam.

Rara auis.

Fibra.

Euge.

uerbio dicitur res quæ noua & inuentu perrara, dura allegoria ab auibus peregrinis & inusitatis quæ nonnunquã casu in nostrã regionem deuolant, uel miraculi gratia deportantur. Iuuen. Rara auis in terris, nigroq; simillima cygno. Cornea.) Dura, ut laudis uoluptate non afficiatur. Fibra.) Præcordia in quibus affectionum sedes constituitur. Fibra dicitur rei cuiuslibet extremitas, unde & iecoris & cordis & cuiuslibet uisceris extremae partes, fibræ dicuntur. Verg. lib. 6. Nec fibris requies datur ulla renatis. Recti.) Honesti. Recuso,) Nego, non admitto, non concedo. Tuum euge.) Ordo est, Sed recuso tuum euge, & tuum belle, quo scilicet assentando ueris, esse finem & extremum recti. Honestum enim, non propter laudem & applausum, sed per se ipsum est expetendum. Euge.) Græcè εὖγε ab εὖ quod est bene, & γε syllabica adiectione, interiectio est assentientis, quasi sponte sua congratulantis. Excute.) E-uolue, inspice: sumptum à sinum uestis excutientibus, in quo res solent recondi. Quid non intus habet.) Quasi dicat plenum est fraudis & irrisionis.

non hic est Ilias Acci,
 Ebria veratro, non si qua elegidia crudi
 Dictarunt proceres, non quicquid deniq; lectis
 Scribitur in citreis, calidum scis ponere sumen,
 Scis comitem horridulū trita donare lacerna,
 Et verum inquis amo, verū mihi dicito, de me
 Qui

(Qui pote? vis dicam? nugaris, cum tibi calue
 Pinguis aqualiculus propēso sesquipedē extet.
 O lane, à tergo quem nulla ciconia pinxit,
 Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,
 Nec linguæ, quantū sitiāt canis Appula, tantū
 Vos ô Patritius sanguis, quos viuere fas est,
 Occipiti cæco, posticæ occurrite sannæ.)
 Quis populi sermo est? q̄s enī, nisi carmīa molli
 Nunc demū numero fluere? vt per lēue seueros
 Effundat iactura vngues? scit tendere versum
 Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno:
 Siue opus in mores, in luxum & prandia regū
 Dicere, res grandes nostro dat Musa poëtæ.

Ecphrasis.

*Nihil est in hoc opere nostro simile Iliadi Accij
 Labeonis, insani & elleboro ebrij: non elegiaca &
 molliuscula carmina hic sunt, si qua principes gulo-
 si, cibo non bene concocto, inter potandum dictarunt,
 denique quicquid scribitur in citreis lectis à diuiti-
 bus, non est hic. Scis apponere esurienti assentatori
 calidum sumen, scis donare comitem frigore tremulū,
 detricto uestimento, & inquis cupio audire uerum, di-
 cito mihi uerum, quis sermo populi est de me? Satyri-
 ca indignatione colloquium inter ambitiosum diuitē,
 & indignum assentatorem iam inductum poëta in-
 terrumpens. Quomodo, inquit, potest is tibi uerum di-
 cere, quem muneribus corrupisti? Visne ut ego potius
 tibi ue-*

tibi uerum dicam, quàm assentator? O calue senex, nõ scribis carmina legi digna, sed nugaris, cum pinguis uenter emineat tibi protẽto sesquipede. Deinde Ianum Persius appellat felicem: O Iane, fortunatus es, quem nulla irrisio, digitis in similitudinem rostri ciconiae collectis pungit post tergum: cui nec manus mobilis imitata est asininas aures, nec tantum linguæ in derisum exeritur, quantum canis in Appulia sitiendo exerit. Postea patritios admonet hunc in modum, O uos patritij quos uiuere sine oculis in occipitio deæt, caute ne à tergo subsannemini. His interpositis, Poëta redit ad institutum inter diuitem & adulatorem colloquium: Quis sermo populi est de me? Respondet assentator, Quis alius sermo de te esset, nisi carmina fluere nunc demum molli numero, ita ut apta compositio reiiciat per leuorem, seueri censoris examen. Populus hæc de te loquitur: Poëta noster nobilis ille uir scit tendere & dirigere uersum, non aliter, quàm si dirigat uno oculo rubricam. Musa dat nostro poëta dicere res grandes, siue opus sit scribere in mores uulgi, siue in luxum & conuiuia regum ac prinapum.

SCHOLIA.

Non est hic Ilias Acti.) Hic nihil simile insanis scriptis Accij Labeonis reperitur, de quo & suũ dictũ est, Ebria. Ebria.) Hyppallage, pro ebrij. Accius enim insania laborans sæpius elleborũ sumpserat, ut ingenio purgato, melius scriberet. Veratro.) Veratrum

ratrum herbae genus quod sumebatur ad aciem ingenij purgandam, graecè dicitur ἐλέβορ Θ. Elegidia.) ἐλεγεῖδ' ἰορ diminutivum est ab elegia ἐλεγεῖα, quo usus est satyricè ad notandam carminū quae nobiles componebant, uilitatem. Crudi.) Qui cibum superfluum non bene concoxerunt, gula proceres, & comotationibus assueti, qui inter mensas & pocula nugae effutiunt. Lectis.) Lectos discurtios significat, quorum & in Adelphis Terent. meminit. Citreis.) Ex citro arbore Maurusiaca factis, cuius lignum (teste Plin.) in maximo pretio fuit.

Sumen.) A sugendo dictum quasi sugimen. Nam & mulieris mammam ueteres sumen dici uolunt: Nunc autem significat suis mammam. Id autem ex porca primipara fuit apud antiquos in summis delicijs. Lacerna.) Veste. Lacerna genus uestis est fimbriata. Et uerum inquis amo.) Perbellum est Martialis in 8. lib. in Galliam epigramma.

Dic uerum mihi Marce, dic amabo,
 Nil est, quod magis audiam libenter.
 Sic, & cum reatas tuos libellos,
 Et causam quoties agis clientis,
 Oras Gallice me, rogasq; semper:
 Durum est me tibi, quod petis negare.
 Vero uerius ergo quid sit audi,
 Verum Gallice non libenter audis.

De me quis populi sermo est?) Haec coniungenda sunt: Quae autem parenthesi sunt interposita, poëtae

C sunt,

Qui.

In Priscian.
& quosdam
Persijglos-
sematarios.

Pote.

sunt, indignationis aestu feruentis, & ineptissimi di-
uitis sermonem satyricæ interrumpentis. Qui.) Quo-
modo. Terent. Qui sas ergo istuc, nisi periculum fe-
ceris? Hor. Qui sit Mecœnas? Pote.) Potis, sub-
audiendum, est. Stulte quidam & insate Priscianum
imitati, pote hoc loco significare dicunt possibile, cum
longe diuersa horum sit significatio. Sciendum igitur
pote metri gratia positum pro potis, quemadmodum
& mage ponitur pro magis: cuius rei testis idoneus
est Diomedes, cuius hæc sunt uerba: Item potis est
pro potest, ut Apud Enniũ, Qui potis ingentes cau-
sas euoluere belli. & Verg. At nõ Euandrũ potis est
uis ulla tenere: nec nõ pote pro potis crebrò dicere re-
perim⁹, proximo ut exẽplo utar, Pers. ait, Qui pote?
uis dicam? nugaris. Et Seruius in 10. Aeneid. commen-
tario, Si mage legamus, propter metrum dictum est,
pro magis, sic etiam pote pro potis, Pers. Qui pote?
uis dicam? nugaris cum tibi calue: Hæc Seruius. Quod
etiam aliorum poëtarum exemplis cõfirmari potest.
Catullus, Nec peccatum à me quisquam pote dicere
quicquam. Idem, Hoc facies, siue id non pote, siue po-
te. Propertius: Qua pote quisque, in ea conterat arte
diem. Ennius lib. annalium 15. Sed nec pote quisquã
Vndique nitendo corpus diserpere ferro. Qui po-
te?) Quomodo potest uerum tibi dicere is, qui mune-
ribus à te corruptus assentatur? Vis dicam?) Vis ne
ut ego Persius tibi uerum potius dicam, quàm adu-
lator, muneribus tuis inhians? Nugaris: Non car-

mina

mina legi à uiris digna, sed nugas componis. Cal-
 ue.) Caluitio affecte tum ob senium, tum ob luxuriam
 uitæ. Nam teste Plinio senesant ælerius præpinguia.
 Et conuitiose hoc diat, ut supra uetule. Pinguis
 aqualiculus.) Tractus est sensus ex græco uersu, τὰ
 σὴρ παχῆα οὐ τέκαι λεπτὴν φρένα, quem sic latinū
 reddidi, Subtilem obesus alius haud mentem parit.
 Vel sic, Non mens obeso uentre subtilis uenit. Hier.
 Nepotiano: Pinguis uenter, non gignit sensum tenuē.
 Plin. lib. 11. cap. 36. Idem minus solertes, quibus o-
 besissimus uenter. Aqualiculus.) Receptaculum est

Prouerbiū.

Aqualicula

sordium, metaphoricōs pro uentre accipitur Fro-
 tenso.) Extenso ac porrecto. Sesquipede.) Vno pe-
 de & dimidio. O Iane à tergo.) Felicem appellat Ia-
 num, quòd cum bifrons sit, à tergo nequeat irrideri.
 Per Ianum autem quemlibet uirum prudentem signi-
 ficat, qui norit adultores & derisores uitare, nec si-
 bi ab eis imponi patiatur. A tergo.) Post tergum.

Ianus.

Ciconia.) Extremis digitis in rostri formam colle-
 ctis, crebra manus & brachij motatione, aconie col-
 lum & caput exprimitur, in eius infamiam, quem ri-
 demus, Hiero. Rustico, Multo tempore discæ, quod do-
 ceas, Ne credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus
 aurem ne libenter accommodes, qui cum te adulatio-
 nibus fouerint, & quodammodo impotem mentis esse
 ærint, si subito respexeris, aut aconiarum deprehen-
 des post te colla curuari, aut manu aures agitari asi-
 ni, aut æstuantem canes protendere linguam

Ciconia.

C ij

sit.)

Qui.

In Priscian.

Et quosdam

Persijglos-

sematarios.

Pote.

sunt, indignationis aestu feruentis, & ineptissimi di-
 uitis sermonem satyricæ interrumpentis. Qui.) Quo-
 modo. Terent. Qui sas ergo istuc, nisi periculum fe-
 ceris? Hor. Qui fit Mecœnas? Pote.) Potis, sub-
 audiendum, est. Stulte quidam & insate Priscianum
 imitati, pote hoc loco significare dicunt possibile, cum
 longe diuersa horum sit significatio. Sciendum igitur
 pote metri gratia positum pro potis, quemadmodum
 & mage ponitur pro magis: cuius rei testis idoneus
 est Diomedes, cuius hæc sunt uerba: Item potis est
 pro potest, ut Apud Enniū, Qui potis ingentes cau-
 sas euoluere belli. & Verg. At nō Euandrū potis est
 uis ulla tenere: nec nō pote pro potis crebrō dicere re-
 perim⁹, proximo ut exēplo utar, Pers. ait, Qui pote?
 uis dicam? nugaris. Et Seruius in 10. Aeneid. commen-
 tario, Si mage legamus, propter metrum dictum est,
 pro magis, sic etiam pote pro potis, Pers. Qui pote?
 uis dicam? nugaris cum tibi alue: Hæc Seruius. Quod
 etiam aliorum poëtarum exemplis cōfirmari potest.
 Catullus, Nec peccatum à me quisquam pote dicere
 quicquam. Idem, Hoc facies, siue id non pote, siue po-
 te. Propertius: Qua pote quisque, in ea conterat arte
 diem. Ennius lib. annalium 15. Sed nec pote quisquã
 Vndique nitendo corpus discerpere ferro. Qui po-
 te?) Quomodo potest uerum tibi dicere is, qui mune-
 ribus à te corruptus assentatur? Vis dicam?) Vis ne
 ut ego Persius tibi uerum potius dicam, quàm adu-
 lator, muneribus tuis inhians? Nugaris: Non car-

mina

mina legi à uiris digna, sed nugas componis. Cal-
 ue.) Caluitio affecte tum ob senium, tum ob luxuriam
 uitæ. Nam teste Plinio senescunt ælerius præpinguia.
 Et conuitiose hoc dicit, ut supra à uetule. Pinguis
 aqualiculus.) Tractus est sensus ex græco uersu, τὰ
 σὺν παχῆα οὐ τέλει λεπτὴν φρένα, quem sic latinū
 reddidi, Subtilem obesus alius haud mentem parit.
 Vel sic, Non mens obeso uentre subtilis uenit. Hier.
 Nepotiano: Pinguis uenter, non gignit sensum tenuē.
 Plin. lib. 11. cap. 36. Idem minus solertes, quibus o-
 besissimus uenter. Aqualiculus.) Receptaculum est

Prouerbiū.

Aqualicula

sordium, metaphoricōs pro uentre accipitur Fro-
 tenso.) Extenso ac porrecto. Sesquipede.) Vno pe-
 de & dimidio. O Iane à tergo.) Felicem appellat Ia-
 num, quòd cum bifrons sit, à tergo nequeat irrideri.
 Per Ianum autem quemlibet uirum prudentem signi-
 ficat, qui norit adultores & derisores uitare, nec si-
 bi ab eis imponi patiatur. A tergo.) Post tergum.

Ianus.

Ciconia.

Ciconia.) Extremis digitis in rostri formam colle-
 ctis, crebra manus & brachij motatione, aconie col-
 lum & caput exprimitur, in eius infamiam, quem ri-
 demus, Hiero. Rustico, Multo tempore discæ, quod do-
 cæas, Ne credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus
 aurem ne libenter accommodes, qui cum te adulatio-
 nibus fouerint, & quodammodo impotem mentis esse
 ærint, si subito respexeris, aut aconiarum deprehen-
 des post te colla curuari, aut manus aures agitari asi-
 ni, aut æstuantem canes protendere linguam Pin-

C ij

sit.)

Qui.

In Priscian.

Et quosdam

Persijglos-

sematarios.

Pote.

sunt, indignationis aestu feruentis, & ineptissimi di-
 uitis sermonem satyricæ interrumpentis. Qui.) Quo-
 modo. Terent. Qui sas ergo istuc, nisi periculum fe-
 æris? Hor. Qui sit Mecœnas? Pote.) Potis, sub-
 audiendum, est. Stulte quidam & insate Priscianum
 imitati, pote hoc loco significare dicunt possibile, cum
 longe diuersa horum sit significatio. Sciendum igitur
 pote metri gratia positum pro potis, quemadmodum
 & mage ponitur pro magis: cuius rei testis idoneus
 est Diomedes, cuius hæc sunt uerba: Item potis est
 pro potest, ut Apud Enniū, Qui potis ingentes cau-
 sas euoluere belli. & Verg. At nō Euandrū potis est
 uis ulla tenere: nec nō pote pro potis crebrō dicere re-
 perim⁹, proximo ut exēplo utar, Pers. ait, Qui pote?
 uis dicam? nugaris. Et Seruius in 10. Aeneid. commen-
 tario, Si mage legamus, propter metrum dictum est,
 pro magis, sic etiam pote pro potis, Pers. Qui pote?
 uis dicam? nugaris cum tibi calue: Hæc Seruius. Quod
 etiam aliorum poëtarum exemplis cōfirmari potest.
 Catullus, Nec peccatum à me quisquam pote dicere
 quicquam. Idem, Hoc facies, siue id non pote, siue po-
 te. Propertius: Qua pote quisque, in ea conterat arte
 diem. Ennius lib. annalium 15. Sed nec pote quisquã
 Vndique nitendo corpus discerpere ferro. Qui po-
 te?) Quomodo potest uerum tibi dicere is, qui mune-
 ribus à te corruptus assentatur? Vis dicam?) Vis ne
 ut ego Persius tibi uerum potius dicam, quàm adu-
 lator, muneribus tuis inhians? Nugaris: Non car-

mina

mina legi à uiris digna, sed nugas componis. Cal-
 ue.) Caluitio affecte tum ob senium, tum ob luxuriam
 uitæ. Nam teste Plinio senescant ælerius præpinguia.
 Et conuitiose hoc diat, ut supra à uetule. Pinguis
 aqualiculus.) Tractus est sensus ex græco uersu, τὰ
 σὴρ παχῆα οὐ τέκεια λεπτῶν φρένα, quem sic latinū
 reddidi, Subtilem obesus alius haud mentem parit.
 Vel sic, Non mens obeso uentre subtilis uenit. Hier.
 Nepotiano: Pinguis uenter, non gignit sensum tenuē.
 Plin. lib. I 1. cap. 36. Idem minus solertes, quibus o-
 besissimus uenter. Aqualiculus.) Receptaculum est
 sordium, metaphoricōs pro uentre accipitur Fro-
 tenso.) Extenso ac porrecto. Sesquipede.) Vno pe-
 de & dimidio. O Iane à tergo.) Felicem appellat Ia-
 num, quòd cum bifrons sit, à tergo nequeat irrideri.
 Per Ianum autem quemlibet uirum prudentem signi-
 ficat, qui norit adultores & derisores uitare, nec si-
 bi ab eis imponi patiatur. A tergo.) Post tergum.

Prouerbiū.

Aqualicula

Ianus.

Ciconia.

Ciconia.) Extremis digitis in rostri formam colle-
 ctis, crebra manus & brachij motatione, aconie col-
 lum & caput exprimitur, in eius infamiam, quem ri-
 demus, Hiero. Rustico, Multo tempore discæ, quod do-
 æas, Ne credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus
 aurem ne libenter accommodes, qui cum te adulatio-
 nibus fouerint, & quodammodo impotem mentis esse
 ærint, si subito respexeris, aut aconiarum deprehen-
 des post te colla curuari, aut manu aures agitari asi-
 ni, aut æstuantem canes protendere linguam Pin-

C ij

sit.)

Qui.

In Priscian.
& quosdam
Persijglos-
sematarios.

Pote.

sunt, indignationis aestu feruentis, & ineptissimi di-
uitis sermonem satyricæ interrumpentis. Qui.) Quo-
modo. Terent. Qui sas ergo istuc, nisi periculum fe-
ceris? Hor. Qui sit Mecœnas? Pote.) Potis, sub-
audiendum, est. Stulte quidam & insate Priscianum
imitati, pote hoc loco significare dicunt possibile, cum
longe diuersa horum sit significatio. Sciendum igitur
pote metri gratia positum pro potis, quemadmodum
& magis ponitur pro magis: cuius rei testis idoneus
est Diomedes, cuius hæc sunt uerba: Item potis est
pro potest, ut Apud Enniũ, Qui potis ingentes cau-
sas euoluere belli. & Verg. At nõ Euandrũ potis est
uis ulla tenere: nec nõ pote pro potis crebrò dicere re-
perim⁹, proximo ut exẽplo utar, Pers. ait, Qui pote?
uis dicam? nugaris. Et Seruius in 10. Aeneid. commen-
tario, Si magis legamus, propter metrum dictum est,
pro magis, sic etiam pote pro potis, Pers. Qui pote?
uis dicam? nugaris cum tibi calue: Hæc Seruius. Quod
etiam aliorum poëtarum exemplis cõfirmari potest.
Catullus, Nec peccatum à me quisquam pote dicere
quicquam. Idem, Hoc facies, siue id non pote, siue po-
te. Propertius: Qua pote quisque, in ea conterat arte
diem. Ennius lib. annalium 15. Sed nec pote quisquã
Vndique nitendo corpus discerpere ferro. Qui po-
te?) Quomodo potest uerum tibi dicere is, qui mune-
ribus à te corruptus assentatur? Vis dicam?) Vis ne
ut ego Persius tibi uerum potius dicam, quàm adu-
lator, muneribus tuis inhians? Nugaris: Non ar-
mina

mina legi à uiris digna, sed nugas componis. Cal-
 ue.) Caluitio affecte tum ob senium, tum ob luxuriam
 uitæ. Nam teste Plinio senesant ælerius præpinguia.
 Et conuitiose hoc diat, ut supra à uetule. Pinguis
 aqualiculus.) Tractus est sensus ex græco uersu, τὰ
 σὴρ παχῆα οὐ τέκαι λεπτῶ φρένα, quem sic latinū
 reddidi, Subtilem obesus alius haud mentem parit.
 Vel sic, Non mens obeso uentre subtilis uenit. Hier.
 Nepotiano: Pinguis uenter, non gignit sensum tenuē.
 Plin. lib. 11. cap. 36. Idem minus solertes, quibus o-
 besissimus uenter. Aqualiculus.) Receptaculum est

Prouerbiū.

Aqualicula

sordium, metaphoricōs pro uentre accipitur Fro-
 tenso.) Extenso ac porrecto. Sesquipede.) Vno pe-
 de & dimidio. O Iane à tergo.) Felicem appellat Ia-
 num, quòd cum bifrons sit, à tergo nequeat irrideri.
 Per Ianum autem quemlibet uirum prudentem signi-
 ficat, qui norit adultores & derisores uitare, nec si-
 bi ab eis imponi patiatur. A tergo.) Post tergum.

Ianus.

Ciconia.

Ciconia.) Extremis digitis in rostri formam colle-
 ctis, crebra manus & brachij motatione, aconie col-
 lum & caput exprimitur, in eius infamiam, quem ri-
 demus, Hiero. Rustico, Multo tempore discæ, quod do-
 cæas, Ne credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus
 aurem ne libenter accommodes, qui cum te adulatio-
 nibus fouerint, & quodammodo impotem mentis esse
 ærint, si subito respexeris, aut aconiarum deprehen-
 des post te colla curuari, aut manu aures agitari asi-
 ni, aut æstuantem canes protendere linguam Pin-
 sit.)

C ij

sit.)

fit.) Legitur & pinsat teste Diomede. Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.) Ad motis expansarum manuum ad tempora polliabus, crebro palmarum motu, asini aures non sine risu representantur in eius ludibrium, qui à tergo irridetur. Albas.) Id est, asininas quæ interiori parte albicant, uel respexit ad ipsas manus albas. Nec linguæ.) Linguam in quempiam exertare, irrisionis est signum. Siciat.) Sitiendo exerat. Canis Appula.) Canis æstu defatigata multum linguæ exertat, maximè in Appulia, ubi calores immensi sunt, unde eam siticulosam Horatius appellauit. Vos ô patritius sanguis.) Apostrophe est ad nobiles Romanos. Vos, inquit, qui estis patritius sanguis, id est, progenies senatorum, qui non estis bifrontes, nec oculos habetis in occipitio, sicut Ianus, occurrite irrisioni, quæ à tergo fieri solet, resipisate, & assentatoribus posthac credere nolite.

In quosdam
enarrato-
res Persij.

Occipiti.) Pro occipite, metri gratia. Miror quosdam doctos homines tam esse in enarrandis poëtis incircûspectos, ut credât hic occipiti dandi casum esse, & construant cum uerbo occurrite, in sensus peruersionem, cum sit addendum uerbo uiuere. Poëta enim nunc i pro e ponunt in ablatiuo, uel septimo casu tertie declinationis. Horat. lib. car. 1. Mala duas auidomum, quod enarrans Acron, aui, inquit, pro aue posuit. Ausonius, Occipiti caluo es, pro occipite. Rursum, Verg. Gaudet cognomine terra, pro cognomini. Boët. lib. consol. 3. Et longa site perditus, pro siti, nisi dixe-

dixerimus sitis duplicem esse accusatiuum, sitem & sitim, & duplicem itidem ablatiuum, site & siti. Po- Posticus.
stica.) Postica dicuntur, quæ post nos sunt, sicut anti- Anticus.
ca, quæ ante. Sanna.) Sanna est irrisio, quæ ab oc- Sanna.
cipitio, distorto ore & labris contractis fit, antero-
rum dentium ostentatione. Quis enim.) Assentator
respondet. Vt per læue seueros Effundat iunctura
ungues.) Translatio ab ijs est, qui unguibus, lapidū
coherentem iuncturam probant. Marmorarij enim
iuncturas marmorum tunc absolutas existimant, quū
unguis superductus, nihil offendit. Hinc ad unguem Ad unguē.
facta diamus, quæ absolutissima esse putari uolumus.

Scit tendere.) Verba populi, sicut refert assenta-
tor. Rubricam dirigat.) Lignarij fabri, lapidumq;
sectores rubricata linea opus dirigunt, unōque oculo
clauso, eius rectitudinē metiuntur, ne uago amborū
oculorum disursu, norma rectitudinis conturbetur.

Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos græcè, nec ponere lucum
Artifices, nec rus saturum laudare: vbi corbes
Et focus, & porci, & fumosa parilia foeno:
Vnde Remus, sulcoq; terens dentalia Quinti,
Quē trepida ante boues dictaturā induit vxor,
Et tua aratra domum lictor tulit: euge poëta,
Est nunc Bryseii quem venosus liber Acci,
Sunt quos Pacuuiusq;, & verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta,

C iii

Hos

Hos monitus pueris patres infundere lippos
 Cū videas, queris ne, vnde hæc fartago loquēdi
 Venerit in linguas? vnde istud dedecus, in quo
 Trofulus exultat tibi per subsellia læuis?

Ecphrasis.

Ecce videmus eos, qui soliti sunt Græcorum more
 nugari, nec artifices ad lucum describendum, nec ad
 laudandum rus copiosum, ubi sunt corbes, & focus,
 & porci, & palilia manipulis fœni incensis fumosa,
 unde orti sunt Remus & L. Quintius Cinannatus,
 qui agrum suum ipse arauit, quem uxor eius trepida
 induit dictaturæ insignia coram bobus, cuius aratrū
 lictores domum reportarunt: videmus, inquam eos af-
 ferre nunc heroicos sensus. Euge poëta. Est nunc a-
 liquis antiquarius, quem asper, durus, & horridus li-
 ber Accij tragici moretur. Sunt nonnulli quos Pacu-
 uius, & aspera tragœdia de Antiopa, fulta cor lu-
 Etificabile ærumnis, detineat, & delectet. Cum igitur
 videas patres lippos, infundere pueris hos monitus,
 ut asperas Accij & Pacuuij tragœdias lectitēt, quæ-
 risne, unde hæc sermonis barbaries uenerit in lin-
 guas? unde istud dedecus, in quo Romanus delicatus,
 succulentus, & nitidus exultat tibi per subsellia.

SCHOLIA.

Ecce.

Palilia.

Pales.

Ecce.) Aduerbiū est demonstrantis, rem nouam
 & improuisam designās. Heroas.) Heroicos, prin-
 cipale, pro deriuatiuo posuit. Palilia.) Pales dea
 est, cui pastoralia sacra palilia, quæ & parilia nuncu-
 pan-

pantur, ad lupos arcendos, morbosq; à pecore depel-
lentos, à pastoribus in agris fiebant, 11. calendas
Maij, quo die Romulus urbem fundavit. Fumosa ue-
rò dixit, quòd stipulæ ac fœni manipulos pastores
incenderēt, unde fumi ingens copia emanabat. Re-

Remus.

mus.) Frater Romuli. Latenter autem, dum aliud a-
git, nobilium superbiam insectatur, ostendens Roma-
nos ex pastoribus originem ducere, priscosq; illos pa-
tres, non mollicie & uitæ luxu, sed laboribus, & uir-
tutibus ueram sibi gloriam comparasse. Quinti.)

Quintius
Cincinnatus.

Quintius Cincinnatus trans Tyberim quatuor iuge-
rum colebat agrum, quæ prata Quintia uocantur. Ibi
à legatis, seu fossam fodiens, pale inmixus, seu cum ara
ret: operi certe (id quod constat) rustico intentus, sa-
lute data, inuicemq; reddita, rogatus, ut (quod bene
uerteret ipsi, rei q; publicæ) mandata senatus audiret,
admiratus, rogitansq; satisne salua essent omnia, to-
gam repente è tugurio proferre uxorem Ratiliam
iubet, qui simul absterso puluere, ac sudore, uelatus
processit, dictatorem cum legati gratulantes consa-
lutant, in urbē uocant, qui terror sit in exercitu, expo-
nunt. Euge poëta) Ironicòs cū irrisione clara uoce
pronunciandū est. Respōdet enim, q; cū leuia ignoret
heroicos sensus attigerit. Est nūc Bryseij.) Eos nūc
insectatur, qui priscos poëtas uetustate squalentes le-

Bryseus.

gunt, semperq; in manibus habēt, ac imitantur. Bry-
seij.) Bacchiā, & per hoc Tragiā, ne uideatur, loqui
de Actio Labeone, quē suprā taxauit. Sunt enim tragi-

C iij

ci poë-

Venosus.
Vena.

ci poëtae potissimum Bacchi clientes, qui dictus est Bryseus ἄνερ ἰσχυρός, quod est emanare, saturire, inundare, madefacere. Venosus, asper, durus, horridus. Vena.) Quod per eam sanguis ueniat, dicta est. Inde uenosus homo, qui est uenis turgentibus, & prominentibus plenus. Transferuntur autem hæc ut ad alia, ita etiam ad orationem, quæ tanquam corpus constituitur, quod succum & sanguinem habet, & uenas, & ossa, & nervos, & carnem, & toros, & robur, & colorem, decoremq;: Utq; corpus hominis, macies ossa detegens, & uenæ nimium extantes, & detuberantes deturpant, sic oratio dehoneatur, in qua insunt huiusmodi uitia. Cornelius Tacitus in dialogo de claris oratoribus, Oratio autem sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent uenæ, nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra, & exurgit toris, ipsos quoque nervos robur tegit, & decor cõmendat. Acci.) Accius & Pacuuius Tragiæ poëtae fuerunt, sententiarum grauitate & pondere uerborum clari, sed stylo minus culto: Vnde Martialis asperitatem uerborũ notans, eos irridet, qui ueteribus nimium delectantur, Attonitusq; legis terrai frugiferai, Accius & quicquid Pacuuiusq; uomunt. Verrucosa.) Inæqualis. Verruca à uerrendo dicitur, editus, asperq; in monte locus. Diatur & in corpore humano tuberculum, & aruncula dura, & callosa sine pruritu, porrus uulgo dicta. Plinius, Ocimum misto atramen-

Accius.
Pacuuius.

Verruca.
Verrucosus

atramento sutorio, uerrucas tollit. Serenus, Interdum
 existit turpi uerruca papilla. Hinc uerrucosum dia-
 mus, quod uerrucas est plenum, inæqualeq; & diuer-
 sas eminentes partes habet. Antiopa.) Filia fuit **Antiopa.**
 Nyctei, uxor Lyci, Thebanorum regis, quæ ex Ioue
 Zetum & Amphionem peperit. Hæc uarias ærum-
 nas, ut fabulantur, experta est: sed his fabulamentis,
 nobis, qui moralia magis præcepta quærimus, non est
 immorandum. Aerumna est ægritudo laboriosa. Lu **Aerumna.**
 ctificabile.) Aptum ad luctum inducendum. Hoc uo- **Luctificabi-**
 cabulum Tragicum est, ni fallor, & Pacuianum, quo **lis.**
 nunc utitur, ad id genus irridendum. Diatur autem **Luctifico.**
 luctificum, quod luctum facit. Vnde deductum uer- **Sartago.**
 bum luctifico, à quo luctificabilis. Sartago.) Sarta- **Frixorium.**
 ginem, quæ & frixorium diatur, quia in frixu con- **Trosulus.**
 fusum reddit crepitum, pro corrupto ac deprauato
 loquendi more accepit. Trosulus.) Auditor uolu-
 ptuarius, succosus, & opimus, quem magis pigmenta,
 flosculi, lenocinia orationis, quàm res, quàm sensa,
 quàm argumenta commoueant. Trosuli, autoribus
 Plinio & Festo Pompeio, dicuntur equites Romani,
 ab eo quòd oppidum Tuscorum nomine Trosulum
 sine ullo adiumento peditum cepissent. Trosuli item
 dicuntur delicati, obesi, succulenti, quorum Deus uen-
 ter est, quasi torosuli à torosa scilicet carne & ar-
 uina. Nonius Marcellus, Trosuli dicti sunt torosuli
 quasi habitiores, à torosa scilicet pinguedine. Hie-
 ron. in Iouinianum, Vnius tantum philosophi exem-
 plum

plum posui, ut formosuli nostri, & trosuli, & uix
summis pedibus adumbrantes uestigia, imitentur sal-
tem gentilium paratatem.

Nil ne pudet, capiti non posse pericula cano
Pellere, quin trepidum hoc optes audire deceter?
Fur es ait Pedio: Pedius quid? crimina rasis
Librat in antithetis: doctas posuisse figuras
Laudatur, bellum hoc, bellum est: an Romule ceues?
Men' moueat quippe? & ceteret si naufragus, asse
Protulerim? cantas, cum fracta te in trabe pictum
Ex humero portes? verum, nec nocte paratum
Plorabit, qui me volet incuruasse querela.

Esphrasis.

Nullone pudore afficeris, te, cum sis accusatus, non
posse depellere pericula a cano capite tuo, quin optes
audire hoc trepidum decenter? Aliquis ait, Pedio, fur
es. Quid Pedius respondet? Pedius ponderat & ex-
aminat crimina in antithetis expolitis, laudatur quod
usus sit artificiosa figuris. Adulator quispiam dicit,
Hoc est bellum. Quare indignabundus poeta, Hoc-
cine, inquit, est bellum? O Romane, nequaquam Ro-
muli similis, an inhonesto corporis motu adularis:
Quippe si naufragus cantet, an moueat me ad mise-
ricordiam, & protulerim ci stipem? minime profe-
cto: at cum his uerbis increparem, Num cantas, cum
naufragum in tabula depictum ostendas? Qui uolet
infle-

inflexere lamentis ad opem ferendam, plorabit uerè
 & ex corde, nec utetur commentis, per noctem in le-
 cto excogitatis.

SCHOLIA.

Nil ne pudet?) Insectatur eos, qui uel in capitali
 crimine refellendo laudis adeò sunt cupidi, ut ferè ne-
 glectis peculiaribus causarum argumentis, toti sint in
 figuris ac exornationibus occupati. Trepidum hoc
 decenter.) Tremula uoce ab assentatoribus pronun-
 ciatum: legitur & tepidum, id est, inane, minusq; ua-
 lidum. Rasis.) Folitis. Antithetis.) Figuris. Anti- Antithetõ.
 theton dicitur latinè contrapositum. Beatus Augusti-
 nus lib. de ciuit. Dei II. cap. 18. Antitheta enim quæ
 appellantur, in ornamentis elocutionis sunt decentissi-
 ma quæ latinè appellantur opposita, uel (quod ex-
 pressius dicitur) contraposita. Romule.) Satyricè,
 mollem & effœminatum Romanum, Romulum uo-
 cat, quasi dicat, minimè Romuli similis, qui uir fuit du-
 rissimus & à delicijs muliebribus abhorrens. Ce-
 ues.) Hoc est indecoro motu corporis adularis: sum-
 ptum à canibus, qui clunes agitando blandiuntur. Ce- Ceueo.
 uere est clunes mouere. Mén' moueat.) Similitudo
 est apte conanneq; posita. Ait enim, si reum uidero
 tali uerborum lenocinio se tuentem, perinde ad mise-
 ricordiam commouebor, ac si naufragum, casus suos
 in tabula depictos circũferentem, cantare audirem: Cui
 sic cantanti, cum plorare debeat, se assensum daturũ ne-
 gat. Pictum.) Mos erat eorum, qui maris pericu-
 lum

lum euasissent, depictum naufragiū in tabella appensa
 humeris, circumferre, ut infortunio cognito ab in-
 spectantibus, naufragumq; miserantibus, stipem sibi
 aliquam compararent. Iuuen. Naufragus assem Dum
 rogat, & picta se tempestate tuetur.

Sed numeris decor est, & iūctura abdita crudis.
 Claudere sic didicit versum, Berecyntius Atys,
 Et qui cœruleum dirimebat Nerea delphin.
 Sic costam longo subduximus Apœnino,
 Arma virū, nōne hoc spumosū, & cortice pīgui,
 Ut ramale vetus prægrandi subere coctum?
 Quidnam igitur tenerum, & laxa ceruice le-
 gendum est?

Torua Mimalloncis, implerūt cornua bombis,
 Et raptum vitulo caput ablatura superbo
 Bassaris, & lyncem Mænas flexura corymbis
 Euion ingeminat, reparabilis aſsonat Echo.
 Hęc fierent, si testiculi vena vlla paterni
 Viueret in nobis? summa delumbe saliuā
 Hoc natat in labris, & in vdo est Mænas, &
 Atys.

Nec pluteum cædit, nec demorſos sapit vngues.

Ecphrasis.

Sed abditus decor, & occulta quædam uerborū
 ac pedum compositio est uersibus extemporalibus,
 quos nobiles sine magno labore effuderunt, quorum
 quidam

quidam sic uersum finire didicit, Berecynthius Atys:
 Et qui cœruleum dirimebat Nerea delphin. Sic co-
 stam longo subduximus Apœnino. Aduersarius au-
 diens uersus huiusmodi rideri à Satyrico, ut nimium
 affectata sonoritatis, & enerues, ueriq; sensuum ui-
 goris expertes, Vergilianum carmen obijciens, nōne,
 inquit, & hoc Maronis carmen: Arma uirumq; ca-
 no: & spumosum est, & pingui cortice? Respondet
 Persius, Hoc Vergilianum carmen, est sicut uetus ar-
 boris ramus, maturus & firmus, prægrandi, uel (q̄
 magis placet) uegrandi, id est, minuto cortice. Aduer-
 sarius, Quidnam igitur est tenerum ac molle, & re-
 citandum remissiore sono? Respondet Persius, Hi uer-
 sus teneri sunt, & laxa ceruicæ pronunciandi, Torua
 Mimalloneis, & cætera: quos irridens, nunquid hæc,
 inquit, mollia & eneruata de rebus impudicis car-
 mina fierent, si quid uirilitatis maiorum, nostrorum
 uiueret in nobis? Hoc molle & effœminatum de Bac-
 cho & Cybele natat extrema saliuæ in labijs nobi-
 lium & principum ciuitatis, & Mænas & Atys sunt
 in udo ore: nec huiusmodi carmen causa est cædendi
 pluteum, nec repræsentat ungues à poëta cogitabun-
 do demorsos.

SCHOLIA.

Sed numeris decor est.) Ironia est. Taxat autem
 eos, qui ex tempore uersus effutientes, tantum sono-
 ritati student, sententiarum pondus negligentes. Vitu-
 perandi enim cum primis sunt, qui solum mollibus

uer-

Numeri
crudi.

uerbis, & fabulosis nugis lectorem delectare uolunt, nec depromptis ex intimo philosophiæ moralis penuario præceptis, iuuare curant. Crudi numeri dicuntur, ex tempore profusi uersus, nec matura meditatione decocti. Metaphora est à carnibus crudis, nec ad ignem percoctis. Berecynthius Atys.) Irridet uersus quosdam Neronis, aut nobilium cuiuspiam, nimium molles, & delicatis tantum auribus accommodos, in quibus nihil inest uirile, nihil graue, nihil denique philosophicum, sed meræ nugæ, & inania de Cybele, Baccho, Venere, & id genus reliquis, figmenta.

In uersificatores nostrorum temporum.

Quid si nunc uiueret Persius, & è Christianis tot leuissimos uersificatores uideret, nullum carmen arte maturantes, sed inani studio inconditissima quædam epigrammata effutientes, quæ tum putant optima, cum sunt manibus fabulis, & affectatis nugis, uel parum notis aliquot uocalis, uel anxie quæsitis, & ad institutam rem parum facientibus pigmentis, suasque resertissima? In horum ore nihil nisi Pegasides, Bacchus, Cypris, Parnasus, Helicon, Iuppiter, Appollo, Mercurius, sphinx, chimæra, & id genus alia centum perstrepunt. Berecynthius Atys.) Desinentia huius nimium mollis est & eneruis. Et qui cœruleum.)

Versus.
Proprius.

Hic uersus est ex eorum genere, qui Proprij à grammatis appellantur. Est autem uersus Proprius, qui in prima regione, quarta, & sexta, spondeum recipit, ut: Immotamque coli dedit, & contemnere uentos. Sed hæc nimis anxia in componendis uersibus cura, eos emas-

eos emasculat, & eneruat. Sic costam longo.) Hoc
 uidetur tractum ex Annibalis historia, & est teste
 Quintil. permolle, cum uersus clauditur apœnino, ar
 mamentis, & id genus alijs, ubi quaternæ, uel quinæ
 syllabæ connectuntur. Arma uirum.) Obiectio est
 aduersarij, contendenti & Vergilij carmina spumo
 sa esse, & superficie pingui. Spumosum carmen dici- *Spumosum*
 tur, quod uerbis sonoris, aut mollibus compositum, *carmen.*
 extrinsecus intumescit, sed intus non habet uerum ui-
 gorem. Sidonius Apollinaris, Summa homini cura de
 literis, sed maximè religiosis, in quibus eum magis oc-
 cupat medulla sensuum, quàm spuma uerborum. Ra *Ramale.*
 male.) Ramus. Ouid. Multifidasq; faeces, ramaliaq; ari-
 da tecto. Prægrandi.) Quidam cum Porphyrione
 legunt uegrandi, id est, paruo & minuto, quod mihi
 non uidetur improbandum. Vegrandis enim dicitur, *Vegrãdis.*
 non grandis, paruus, minutus. Est autem ueteris rami
 cortex minus tumidus, quàm recentis, & solis calo-
 re consumptis superfluis humoribus decoctus, & ma-
 turatus. Sic & Vergilij carmina non sunt spumosa,
 neq; turgida, sed intus succulenta, & paruo quidem,
 sed firmo cortice maturata. Vergilius enim non effu-
 dit multa simul carmina, sed pauca post diligentis-
 simam præmeditationem condidit. Quintil. lib. 10.
 Vergilium quoque paucissimos die composuisse uer-
 sus autor est Varus. Subere.) Suber arbor est glan *Suber.*
 difera. Ponitur pro cortice hoc loco, & apud Verg.
 lib. Aeneid. 11. Huic, natam libro, & syluestri subere
 clau-

Coctum.

clausam Implicat. Coctum.) Coctum autore Servio uocamus aliquid multi temporis. Verg. Telum immane, manu ualida, quod forte gerebat Bellator, solidum nodis, & robore cocto. Potest & hic esse ordo, Carmen Vergilij est coctum, id est, diuturna cura maturatum, ut ramale uetus prægrandi seu uegrandi subere. Laxa ceruicæ.) Remissione sono, nec tam erecta uocæ. Torua Mimalloneis.) Hic uersus inter Teretes reponitur. Dicitur autem Teres, qui uolubilem & coherentem continuat dictionem: ut apud Diomedem, Torua Mimalloneis inflatur tibia bombis. Et sectum. Bassaris. Euio.) Hi uersus sonori sunt & strepentes. Hæc fierent?) Quasi dicat minime. Si testiculi.) Si quid uirilitatis patriæ & sanguinis maiorum, qui fortissimi uiri fuerunt in nobis superesset. Delumbe). Lasciuum, minimeq; uirile. Delumbis homo dicitur mollis & effœminatus ob nimiam uenerem. Hinc delumbe carmen, molle, lasciuum, & enerue. Hoc natat.) Hoc tantum nobilibus in promptu est, ut de Baccho & Cybele lasciuos uersus effutiant. Mænas.) Græcè μάναξ, mulier bacchanalia celebrans. Mænades etiam fuerunt Bacchi comites furibundæ. Atys.) Phrygius adolescens formosissimus, quem Cybele mirabili dilexit amore. Nec pluteum cedit.) Nec est causa cædendi pluteum, nec est accuratè compositum. Sumptum autem est hoc ex Horatio, qui in Sermonibus sit ait, sed ille Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuum. Detereret sibi

Versus.**Teres.****Delumbis.****Atys.**

mul-

multa, recideret omne, quod ultra Perfectum traheretur, & in uersu faciendō Sæpe caput scaberet, uiuos & roderet unguēs. Qui moram stylo, iudiciūq; adhibent, in ipso linæ labore, irati interdum, aut solitè cogitabundi, uel pluteum cædunt, uel unguēs arrodunt, uel caput scabunt. Plutei proprie crates corio crudo tectæ sunt, quæ militibus opus facientibus, ne ab hostibus lædi possent, opponebantur: Postea uero etiam tabulæ, quibus aliquid præsepiretur, eodem nomine dictæ sunt. Hinc librorum & tabularum, signorumq; repositoria, plutei appellantur. Sapit.)
Repræsentat.

Cogitabundi hominis gestus.
 Plutei.

Sed quid opus teneras mordaci radere uero
 Auriculas? uide sis, ne maiorum tibi fortè
 Limina frigescant: sonat hîc de nare, canina
 Littera. per me equidè sint omnia protin? alba:
 Nil moror, euge, oēs etenî bene mirè eritis res:
 Hoc iuuat, hîc (inquis) ueto quisq; faxit oletum.
 Pinge duos angues, sacer est pueri locus, extrâ
 Meiite, discedo: secuit Lucilius urbem,
 Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis,
 Omne uaser vitium ridenti Flaccus amico
 Tangit, & admissus circum præcordia ludit,
 Callidus excusso populum suspendere naso.
 Mén' mutire nefas? nec clâ, nec cû scrobe? nusq;
 Hîc tamen infodiam, uidi, uidi ipse libelle,
 Auriculas asini quis nō habet? hoc ego opertû,

D Hoc

Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo
Iliade.

Ecphrasis.

Aduersarius Persium interrogat: Sed quid opus est molesta ueritate delicatis nobilium auribus obstrepere? caue tibi, si uis, ne forte limina potentiorum frigescant tibi mortis horrore: Litera canina r, sonat de nare in ædibus diuitum. Respondet Persius, Nihil equidem moror, nec impedio: quantum ad me pertinet omnia sint continuo candida. Euge: Etenim omnes res eritis miræ bene & laudabiles, hoc est, nihil rerum, quasunque nobiles ediderint, satyrico dente carpam. Hoc te delectat, quòd dicam me posthæc neminem reprehensurum. Tu, inquis, ueto ne quis faciat sterus in hoc loco. Pinge igitur duos angues, ut sciamus locum esse numini dicatum: ò pueri hic locus est sacrus, mingite foris, & hunc ne polluite. discedo istinc, tuaque poemata tanquam sacra non taxo. At Lucilius, satyroglyphus prosedit aues Romanos, Lupum, Mutiũ, & alios uitiosos, & fregit genuinum dentem in illis: Astutus Horatius tangit amico ridenti omne uitium, & admissus circum præcordia, ubi affectionũ sedes sunt, illudit, & irridet ei scelera, perit sub sanna re naso extorto populũ. Mene igitur loqui nefas est? an ne clanculum quidem, neque cum scrobe mihi loqui licet, sicut quondã Midæ tonsori licuit? Ad quod aduersarius respondens, nusquam, inquit, tibi fas est mutire.

tire. Persius, Quamuis istuc tibi uideatur, tamen infodiam, & inscribam in hoc libello. O libelle ego ipse uidi, uidi, inquam, Complures habent aures asininas. Ego nulla Iliade tibi uendo hoc reconditum, hunc risum meum, hoc quod tibi tam uile, ac nullius precij uidetur.

S C H O L I A .

Teneras auriculas.) Alludit ad id adagium, Auricula infima mollior, & taxat nimiam principum molliam, quorum aures blandis assuetæ palpationibus, auersantur mordacem ueritatem. Mordacem uerò.) Terentius in Andria, Obsequium amicos, ueritas odiū parit. Tertullianus in Apologetico, Planè olim, id est, semper, ueritas odio est. Hieronymus enarrans illud Apostoli, Ego inimicus uobis sum factus, uerum dicens: Hæc, inquit, est conditio ueritatis, ut eam semper inimitiæ persequantur, sicut per adulationem perniciose amicitie comparantur. Libenter enim quod delectat audimus, & offendit omne quod nolumus.

Vide.) Tertiæ coniugationis nunc est sicut & interdum aue, ab antiquo uerbo uido, unde adhuc remanet diuido, sic in illo Catonis uersu, Hoc uide, ne rursus leuitatis crimine dannes. Limina frigescant.) Imitatur illud Horat. ô puer ut sis Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus Frigore te feriat.

Tibi.) In tuam perniciem. Canina litera.) Dicitur r, quam canes irati restrictis dentibus ringendo exprimunt. Unde & irritare Donato deductum est.

Prouerbiū.

Vide tertiæ coniugationis.

Canina litera.

Irrito.

D ij

Lucilius,

Luālius, Irritata canis quòd r, quàm plurima dicat. Euge omnes etenim bene miræ eritis res.) Assentientis propriè, & quasi sponte sua congratulantis, quòd omnes res bene se habebūt, si satyrā scribenda supersederit. Totum uerò per ironiam cum risu legendū est. Nam tacite eum ridens, omnia mortalium uitia se notaturum significat. Hoc iuuat.) Si probe mores tuos perpendo, neminem reprehendi, te delectat. Hic inquis.) Allegoria est, id est, prohibeo, ne quis poemata mea notis contaminet. Oletum.) Stercus est humanū. Veranius, Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum. Pinge duos angues.) Pinge aliquod signum, quo monear, à quibus mihi sit abstinendum. Veteres quibus in locis oletum fieri uolebant, angues tanquam loca Genium depingebant, quo signo perspecto, inde metu pueri discedebant: perquam similitudinē pollicetur, si sibi ostenderit à quibus abstinendum sit; non in eum quippiam se scripturum, sed illinc, tanquàm è loco quodam uetito discessurum. Te Lupe, te Muti.) Lupus & Mutius Albutius infames fuerunt tempore Luālij, quos satyrico dente lacrauit. Et genuinum.) Qui alios carpunt, dentem genuinum agitare dicuntur. Hieron. In plerisque prouincijs familiare est, ut genuino dente se lacerent. Idem possum respondere, si uelim, possum genuinum latus infigere. In hominis ore quaterni ordines dentium sunt, quorum primi lati & acuti, & quibus primò morsus affigitur, Primores dicuntur.

Oletum.

Lupus.
MutiusQuaterni
ordines dē-
tium.

Primores.

Post

Post hos rotundi aliquatenus, & in serræ modum acuti, Canini uocantur. Qui hos loco tertio subsequuntur duplices, ac abum confidentes, Molares appellantur. Vltimi omnium Genuini sunt, qui serò gigni solent, sic dicti, quòd à genis dependeant. (Vaser.) Astutus. Præcordia.) Extà homini ab inferiori uiscerum parte separantur membranis, quæ præcordia uocantur, quia cordi prætenduntur. In his præcipua est sedes hilaritatis, quod in titillatu maxime alarum, intelligitur, non alibi tenuiore cute humana, ob quod maxima illa dulcedo scribendi est. Cuius rei Persius non ignarus, à lectoribus admissum Horatium circa præcordia ludere, & eos quasi titillare significat: Quod sanè ad Horatianos sales referendum est. (Suspendere naso.) Reprehendere, irridere, subsannare. Horatius, Naso suspendis adunco. (Mutire.) Loqui: Ennius, Palam mutire homini plebeio piaculum est. Terentius, Nihil iam mutire audeo. (Nec cum scrobe.) Alludit ad fabulam Midæ regis Phrygiæ, cui Phœbus, q̄ stolidè Pana canentē sibi prætulisset, asinunas affixit auriculas: Quas cum diu mitra oculuissent, tandem à tonsore animaduersum est: qui cum nec reticere uisum posset nec prodere cuiquam auderet, in agrum secessit, scrobemq; effodit, ac capite in eum demisso, tenui uocula retulit, quales Midæ aures aspexisset: Non multo post, cum arundines ibi natæ, leui aura motarentur, eadem uerba, quæ tonsor regius scrobi dixerat, referebant, hoc est, **Auriculas**

Canini.

Molares.

Genuini.

Præcordia.

Suspendere

naso.

Mutire.

Midæ fabula.

bula.

D iij

culas

culas asini Mida rex habet, quo modo primum Poëta scripsit: sed postea monente Cornuto, metu Cæsaris scripturam mutavit.

audaci quicunq; affate Cratino,
 Iratum Eupolidẽ prægrandi cum sene palles,
 Aspice & hæc, si fortè aliquid decoctius audis,
 Vnde vaporata lector mihi ferueat aure.
 Non hic, qui in crepidas Graiorũ ludere gestit
 Sordidus, & lusco qui possit discere lusce,
 Sese aliquem credens, Italo q̄ honore supinus
 Fregerit heminas Areti ædilis iniquas,
 Nec qui abaco nũeros, & secto in puluere metas
 Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
 Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat?
 His manè edictũ, post prandia Callirhoën do.

Ecphrasis.

Quicumque afflatus audaci Cratino palles, extimescis, ad pallorem usque didicisti Eupolidem uehementi ira in hominum uitia inuectum, & Aristophanem, aspice etiam has Satyras meas, si fortè audis aliquid decoctius, & perfectius, ex quo lector quodam feruore mihi concilietur, & animo ardenti, atque cupiditate summa legat me, cuius rei sit indicium auris inflammata, & uelut feruore ipsius operis perfusa: Lector, inquam, non is, qui uitijs inquinatus gestit irridere philosophos, quiq; fortuita corporis uitia libenter

benter hominibus exprobat, seipsum magnæ auctori-
tatis existimans, quòd ædilis superbus, & elatus
Italico magistratu, fregerit iniustas mensuras in quo-
vis municipio: Nec ille, qui uaser nouit irridere nu-
meros in tabella Mathematica (quem abacum uocant)
& figuras in puluisculo diuiso descriptas, paratus
gaudere uehementer, si proæx meretricula philoso-
pho barbam uellat. His enim non huius libelli lectio-
nem, sed manè iuris ciuilibus administrationē, post pran-
dium, uerò quamlibet meretricē permitto, cum uir-
tutem contemnant, neq; spes sit eorum honestatis.

SCHOLIA.

Afflate.) Pro afflatus. Antiptôsis est, ut alibi tra-
beate pro trabeatus. Cratino.) Cratinus, Eupolis,
& Aristophanes antiquæ comœdiæ præcipui auto-
res, hominū uitia maxima libertate notauerunt, quos
latini satyrographi diligenter imitati sunt. Deco-
ctius.) Perfectius. Contrarium est ei, quod supra di-
xit, numeris crudis. Vaporata.) Perstat eleganter
in metaphora à carnibus igni elixis sumpta. Cre-
pidas.) κρηπίς, ἰσόες græcè, latinè crepida, & cre-
pidula, prima syllaba corripitur teste Gellio, ge-
nus est calciamenti, quo peculiariter usi sunt phi-
losophi. Horat. Sermonum libro. I. Sapiens crepi-
das sibi nunquam, Nec soleas fecit. Catullus. Culos
& crepidas lingere carbatinas. Vbi animaduerten-
dum, latinos poëtas liberè descuuisse à græcis, primā
cum secunda producentibus, quod & in complusculis

D iij

alijs

alijs factum dictionibus uidemus. A crepida fit crepidarius. Sempronius Asellio in libro rerum gestarum quartodecimo, Crepidarium cultellum rogauit à crepidario sutore. Sese aliquem.) Legitur etiam aliquid nec minus eleganter. Heminas) Hemina mensuræ genus est, dimidium sextarij continens. Areti.) Aretij, & ponitur aduerbialiter. Est autem Aretium oppidum Tusciæ. Aedilis.) Aediles inter alia officia præerant mensuris corrigendis. Nonaria.) Meretrix, quæ in lupanari post nonam horam prostabat. Callirhoën.) Vel est proprium nomen insignis meretricis, uel fontem significat, ut natationem accipiamus. Est enim Callirhoë fons apud Athenas, & interpretatur, pulchrè fluens.

ARGUMENTVM IN SECVN-
dam Satyram.

Carpit auaritie mala uota, precesq; secunda.

Satyra secunda.



Vnc Macrine diem numera me-
liore lapillo,

Qui tibi labentes apponit can-
didus annos.

Funde merũ Genio, non tu pre-
ce poscis emaci,

Quæ nisi seductis nequeas committere diuis:

At bona pars procerum tacita libabit acerra.

Haud cuiuis promptum est, murmurque humi-
lesq; susurros

Tollere de templis, & aperto viuere voto.

Mens bona, fama, fides, hæc clarè, & vt audiat
hospes:

Illa sibi introrsũ, & sub lingua immurmurat, ô si

Ebullet patruï præclarum funus, & ô si

Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro

Hercule, pupillũmve vtinã, quẽ proximus hæres

Impello, expungã: nam & est scabiosus, & acri

Bile tumet, Nerio iam tertia ducitur vxor.

Hæc sanctè vt poscas, Tyberino in gurgite mer-
gis

Mane caput bis terq;, & noctẽ flumine purgas.

Ecphra-

Ecphrasis.

Macrine signa meliore lapillo diem istum natalem, qui felix apponit tibi annos celeriter prætereuntes. Funde merum Genio tuo, non enim tu, quod plerique faciunt, petis à superis, precibus & muneribus ea, quæ non ausis committere ipsis diuis, nisi secretis. At plerique principum taati thure sacrificabunt. Non quilibet facile potest auferre de tēplis & murmur, & humiles susurros, ac uiuere aperto uoto. Hæc precabundus quispiam clara uocæ, & ita ut hospes audiat, profert, Bona mens, bona fama, & fides sint mihi: Illa uerò loquitur introrsum sibi, & immurmurat sub lingua, Utinam præclarum funus patruiebullet, exeat, & euanescat, & utinam uas argenti crepet mihi sub raastro, Hercule fauente: uel utinam nomine meo substituto in tabula testamentaria, expungatur per eius mortē nomen pupilli quē insequor hæres proximus: nam est scabiosus, & intumesat noxiabile. Tertia uxor effertur iam Nerio ad sepulchrum. Conuertitur iam satyrographus in eiusmodi precibus utentem, non sine satyrico risu: Tu quisquis huiusmodi preces numinibus insusurras, immergis manè caput tuum sæpius in Tyberim, & abluis nocturnam pollutionem flumine, ut postcas hæc superos sanctè, purè, & incorruptè.

SCHOLIA.

Hæc Satyra carpit impia mortalium uota, stultis precibus, & muneribus scælestis nefariæque à superis peten-

petentium, qui non preciosis donis, sed animi sinceri-
tate, & integris moribus capiuntur. Meliore la-
pillo.) Thraces, teste Plinio, dies infaustos, nigro cal-
culo: faustos, albo notabant. Hinc Horatius, Thressa **Locus Ho-**
ne careat pulchra dies nota: tametsi plerisque lega- **ratij restitu-**
tur cressa, quod librariorum culpâ non dubitamus **tus.**
accidisse. Genio.) Naturæ Deus humanæ Genius **Genius.**
est, cui natali die sacrificatur. Horatius Epistolarum
libro secundo, Tellurem porco, Sylvanum lacte pia-
bant, Floribus & uino Genium, memorē breuis cui.
Præ emad.) Cum muneribus coniuncta. Emax,
qui frequenter emit: Vendax, qui uenditat. Cato de re
rustica, Patrem familias uendacem, non emacem esse o-
portet. Acerra.) Vas est aptum thuri reponendo.
Ouidius, Nec quæ de parua pauper dijs libat acerra.
Thura minùs, grandi quàm data lance iuuant. Haud
cuius promptum est.) Seneca in Epistolis, Tu autem
tunc sato te omnibus cupiditatibus solutum, cum eò
perueneris, ut nihil petas, quod palam rogare non
possis. Nunc enim quanta dementia est hominum? Tur-
pissima uota dijs insusurrant. Si quis admouerit au-
res, conticescunt, & quod scire hominem nolunt, Deo
narrant. Vide ergo an hoc salubriter præcipi pos-
sit, Sic uiue cum hominibus, tanquam Deus uideat: Sic **Proverbiũ.**
loquere cum Deo, tanquam homines audiant. Ebul-
let.) Ad bullæ similitudinem exeat. Allusit autem ad
uetus adagium, Homo bulla. **Seria.) Vas fictile. **Seria.****
Dextro.) Fausto, & fauente. **Hercule.) Hera- **Hercules.**
les**

les Deus lucri & thesauri creditur. Horatius in sermonibus, O si urnam argenti fors quæ mihi monstret, ut illi Thesaurο inuento, qui mercenarius agrum illum ipsum mercatus arauit, diues amico Hercule. Ex pungam.) Deleam. Fontius autem legit expingam, ut sit ab ex & pango, id est, per mortem extrudam atque amoueam. Nam &.) More ueterum m, cum sua uocali non eliditur. Sunt autem qui legunt nanque.

Nerius,

Nerio.) Nomen foeneratoris est apud Horatium in Sermonibus. Et noctem flumine purgas.) Simile est illud Propertij, Ac primum pura somnum tibi discute lymphæ: & Tibulli, Casta placent superis, pura cum ueste uenite, Et manibus puris sumite fontis aquam. Antiqui enim aquæ aspersione, castimoniam corporis se custodire existimabant, ablutis sordibus, ut docet Cicerō in primo de Legibus.

Heus age respōde, minimū est quod scire laboro,
De loue quid sentis? est ne ut præponere cures
Hunc cuiquā? cui nā? vis Staio? an scilicet heres?
Quis potior iudex, puerisue quis aptior orbis?
Hoc igitur, quo tu louis aurē impellere tentas,
Dic agedū Staio, proh Iuppiter, obone clamet
Iuppiter, ad sese non clamet Iuppiter ipse?
Ignouisse putas, quia, cum tonat, ocyus illex
Sulphure discutitur sacro, quā tuq; domusq;?
An quia non fibris ouium, Ergennaq; iubente
Triste iaces lucis, euitandumq; bidental?

Iccirco

Iccirco stolidam præbet tibi vellere barbam
Iuppiter? aut quidnã est, qua tu mercede deorũ
Emeris auriculas? pulmone & lactibus vnctis?
Ecphrasis.

Heus age responde mihi: id enim quod scire labo-
ro, est minimum. Quid existimas de Ioue? Est ne talis,
ut aures præferre eum cuiquam mortalium? Cuinam?
Vis ne illum præponere Staio? An scilicet dubitas, sit
ne Iuppiter Staio præferendus? Vter horum est me-
lior iudex? uel quis est aptior tutor pupillis? Iuppiter
ne, an Staius? Ergo si Iuppiter tibi melior Staio ui-
detur, age dic Staio hoc, quo tu lætas impellere aurẽ
Iouis. Si dicas id Staio, is cõtinuò clamet, Proh Iuppi-
ter, O bone Iuppiter, quid est q̄ audio? An Iuppiter
ipse nõ clamet ad sese cũ audiat indignissima mortaliũ
uota? Nũ putas cũ dedisse tibi ueniã, quia quãdo to-
nat, atius ilex fulmine disautitur, q̄ & tu, & domus
tua? An iccirco Iuppiter concedit tibi ut uellas ei bar-
bã, tanq̄ stolido, hoc est, ut summo eum ludibrio ha-
beas, quia non iacens in luas triste & euitandum bi-
dental, fibris ouium id significantibus & Ergenna a-
ruspice iubente? Aut quid mercedis est, qua tu emeris,
& cõaliaueris tibi deorũ aures? nunquid pulmone
& pinguibus intestinis tibi eorum fauorẽ cõparasti?

SCHOLIA.

Cuinam.) Vel est poëta i interrogatiuncula, uel a-
uari, ut quærat, Cuinam petis à me Iouem præponi?

Staio.) Nomen hoc est hominis infamatissimi, qui *Staius.*
per

per avaritiam multa iniquissimè iudicavit, multos ueneno sustulit. Ergenna.) Nomen aruspicias & fulgurum conditoris. Bidental.) Id quod fulmine ictum est, eo quòd bidente solebat expiari. Vellere barbam.) Prouerbialiter dicitur, quo summum contemptum, ac ludibrium significamus: Suprà, Si Cynico barbam petulans Nonaria uellat. Horatius in Sermonibus, Vellunt tibi barbam Lasæui pueri. Quidnam est, qua tu mercede?) Notanda constructio. Est enim sensus, quidnam mercedis est, qua tu emeris deorum auriculas? seu quænam est ea merces, qua? & cætera. Merces autem pro precio posita est.

Ecce auia, aut metuens diuûm matertera, cunis
 Exemit puerum, frontemq; atq; vda labella
 Infami digito, & lustralibus ante saliuis
 Expiat, vrentes oculos inhibere perita:
 Tunc manibus quatit, & spem macram suppli-
 ce voto
 Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in
 ædes,
 Hunc optent generum rex & regina, puellæ
 Hunc rapiant, quicquid calcauerit hic, rosa fiat:
 Ast ego nutrici non mando vota, negato
 Iuppiter hæc illi, quanuis te albata rogarit.

Ecphrasis.

Ecce uel auia, uel matertera metuens deorum, exemit

mit infantulum cunis, & expiat antè impudico digi-
to, ac saluis expiatorijs frontem eius, atque uda label-
la, perita remedijs occurrere fasinatorijs oculis: De-
inde quatit manibus suis eundem infantem, & mittit
supplicæ uoto spem tenuem, nunc in campos Liani,
nunc in ædes Crassi, optans ut puer eorum fiat hæ-
res. Utinam rex & regina optent sibi hunc generũ,
utinam puellæ rapiant hunc, utinam quicquid hic cal-
cauerit, fiat rosa. Sed ego non mando huiusmodi uota
nutria. O Iuppiter ne concedito illi hæc, quanuis al-
bis uestibus induta te rogauerit.

S C H O L I A .

Irridet uanas muliercularum superstitiones, &
uota cum primis inania. Infami digito.) Infamem di-
gitum uocat medium, qui Martiali dicitur impudicus,
Ostendit digitũ sed impudicũ. Quinq; digiti manus
sunt, quorũ crassissimus, à cæterisq; seiunctus seq; ob
uium reliquis cum uult præbens, tanquam rector o-
mnium ac moderator, Pollex nomen accepit, quoniã
ui & potestate inter cæteros polleat. Secundus, &
Salutaris, & Index dicitur, quòd eo tum salutamus,
tum indicamus. Medius digitus, Impudicus atque infam-
is iure cognominatur. Cum enim longitudine, pul-
chritudineq; cæteris antecellat, aliorum tamen egens
auxilio, parum ualet. Qua similitudine ueteres ducti,
eum hominem, qui cæteris formosior esset, hoc digi-
to ignominie causã demonstrabant. Hunc sequitur
Annularis, sic dictus, quòd in eo annulus geratur: Annularis.

Infamis di-
gitus.Digitorum
nomina.

Pollex.

Salutaris.

Index.

Impudicus.

Infamis.

Annularis.

Idem

Medicus. Idem & Medicus dicitur, quòd eo trita collyria à me
Minimus. dias colliguntur. Quintus, Minimus appellatur, &
Auricularis Auricularis, quòd eo aurem scalpinus. Salius.)
 Saliua à saliendo dicta est, quoniam in ore saliat at-
 que crescat. Vrentes.) Fasanatorios. Spem ma-
 cram.) Non quia spes petentis fœminæ macra sit, sed
 quia vel uoto postea non fruatur, uel quia futura o-
 mnia incerta sint. Nihil autem infantis expectatione
 incertius. Lianus & Crassus.) Prædiuites fuerunt.
 quorum opes erant cum primis famigeratæ. Ast e-
 go nutrici.) Irridet stultissima uota mulierularum,
 quæ sapiens omnino nollet effectum consequi, cum
 magis sint obfutura, si ex audiantur, quàm profutura.

Poscis opem neruis, corpusque fidele senectæ,
 Esto age: sed grandes patinæ, tucetaq; crassa
 Annuere his superos vetuere, Iouēq; moratur.
 Rem struere exoptas cæso boue, Mercuriumq;
 Accerlis fibra, Da fortunare Penates,
 Da pecus, & gregib⁹ fœtū. Quo pessimè pacto,
 Tot tibi cū in flāmas iunicū omenta liquecāt?
 Attamen hic extis, & opimo vincere ferto
 Intendit, iam crescit ager, iam crescit ouile,
 Iam dabitur, iam iam, donec deceptus, & expes
 Ne quiquam fundo suspiret nummus in imo.
 Si tibi crateras argenti, incusaq; pingui
 Auro dona feram, sudas, & pectore leuo
 Executias guttas, lætari prætrepidum cor.

Hinc

Hinc illud subiit, auro sacras quòd ouato
 Perducis facies: nam fratres inter ahenos,
 Somnia, pituitæ qui purgatissima mittunt,
 Præcipui sunt, sitq; illis aurea barba:
 Aurum vasa Numæ, saturniaq; impulit æra,
 Vestalesq; urnas & Tuscum fictile mutat.

Ephrasis.

*Petis opem neruis, & corpus firmum, fideleq; se-
 nectuti. Esto age uerum immodicæ comestiones, &
 crassa, quibus uesceris, faramina non sinunt superos
 uotis tuis annuere, moranturq; Iouem ne tibi succur-
 rat. Cupis diuitias congerere boue mactato, & inuo-
 cas Mercurium sacrificio: Da foeliater augere rem fa-
 miliarem, da pecus, & da gregibus foetum. O pessime
 homo, quomodo dabitur tibi quod optas, cum tot tau-
 ri immolentur à te, & comburantur? Attamen hoc avarus
 & superstitiosus, perseuerat sacrificando uotorum
 copos euadere. Iam crescit ager, ut sperat, iam grex
 augetur, iam quod cupit, dabitur ei à superis: iam
 iam sine dilatione, donec nummus, qui è plurimis u-
 nus est reliquus, deceptus, & spe sua destitutus, fru-
 strà suspiret in infima parte arcae, quòd solus sit re-
 lictus, nec ad se socij cum foenore reuertantur. Si tibi
 adferam argentea pocula, & dona bene deaurata,
 sudes præ letitia, & emittas guttas à sinistra pecto-
 ris parte, ubi cordis sedes est, & cor tuum apprimet tre-
 pidum inapiat letari. Vt enim tibi uidebitur, Illud*

E Successit

sucessit tibi hac de causa, quòd in auras deorum facies
auro ex præda & ouatione parto. Nã qui inter deos
ex ære fabricatos uerissima immittunt somnia, ij sint
præcipui, et sũma ueneratione digni, sitq; illis aurea
barba. Aurum è templis expulit uasa fictilia, quibus
Numa sacrificabat, & ænea uascula, quibus utebatur
in sacris regnante Saturno: aurum Vestales urnas, &
Tusca fictilia mutauit. SCHOLIA.

Posas opem.) Eorum uota commemorat, qui bonã
ualetudinem, atque robur, longamq; uitam deos pos-
cunt, quæ nimijs epulis ipsi sibi tollunt. Tuæta.)

Tuætum.

Tuætũ est genus farãminis ex carnibus suillis minu-
tim conasis. Rem struere.) Irridet uota et superstiti-
ones ditari cupientiũ. Acersis.) Authore Diomede
hoc interest inter acersso & arcesso, quòd acersere,
euocare est: arcessere uerò, aliquem accusare signifi-
cat, & ab arceo nascatur: etenim alium accusare, à ma-
leficijs arcere est. In multis Persij codicibus arcessis le-
gitur, quod defendi potest authore Prisciano, lib. I.
tradente antiquissimos frequenter ar pro ad posuis-
se, unde ostenditur rectè arcesso dici pro arcio uer-
bo, quod nunc accio dicimus, quod est ex ad & io
compositum: cui subscribit Lauren. Val. Elegantia-
rum lib. I. his uerbis, Acersso, uel arcesso, utrunq; pro
eo ad uocandum, uel uoco. Terent. in Andria, Obste-
tricem acersso. Iuniam.) Iunix (ut quidam tradunt)
est etate uiridior uaca: quod si uerum est, fœminino
genere declinatur, ut radix. Alij scribunt iunices esse

Acersso.

Arcesso.

Iunix.

tauros

tauros vitulis grandiores, bobusq; iuniores, quorum iudicio est gen. mascul. Omenta.) Omentum est membrana tenuis, intestina contegens. Fertum.) Fertum sacrificij genus est, uel quod ad sacra ferretur dictum, uel quod pluribus uarijsq; rebus factum esset. Nequiquam.) Frustrà: tametsi quidam hic pro non accipiant. Scribendum autem est sine c teste Benedicto Philologo, quemadmodum nequaquam: non enim scribimus nequaquam. Suspiret nummus.) Poëtice sensum dat inanimæ rei, quasi nummus à socijs destitutus suspiret frustrà, cum magis superstitiosus homo ipse spe frustratus suspiret, dolens se nummos expendisse.

Crateras.) Primæ coniugationis est, à nominatiuo cratera. Letari.) subintellige, incipiat. Auro ouato.) Ex ouatione comparato. Ouatus poëticum est participium ab ouo, sicut triumphatus à triumpho.

Fratres inter ahenos.) Deos diat, quorum statuæ sunt in eodem templo positæ. Pituita.) Sic legitur in quodam antiquo codice manu scripto, & rectius meo quidem iudicio, q̄ pituita. Purgatus enim elegantius cū genitiuo quàm ablatiue construitur, & carmen melius sonat. Sciendum autem pituitæ nunc esse trium syllabarum, u consonante facta ex uocali, quod in compluribus alijs dictionibus apud poëtas passim fieri notissimum est, tametsi Franciscus Philelphus Epistolarum lib. 37. scribat, pituita tam in prima, quàm in penultima syllaba liberè posse, & produci, & corripì. Sanè Catullus primam produxit illo

E ij uersu

In imperi-
tos.

uersu: Mucusq; & mala pituita nasa. Non autē sunt imitandi, sed irridendi, qui deprauato uersu, omniq; sublata canoritate legunt, Somnia qui pituita purgatissima mittunt. Pituita significat corporis humorem, qui dicitur græcè phlegma. Media docent pituita redundante, somnia minùs uera mortalibus accidere, q̄ in ægrotis deprehendere licet, quorum somnia plerumque sunt uana.

O curuæ in terras animæ, & cœlestium inanes,
Quid iuuat hoc, tēplis nostros imittere mores,
Et bona diis ex hac scelerata ducere pulpa?
Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo,
Hæc calabrum coxit vitiato murice vellus,
Hæc baccam conchæ rasisse, & stringere venas
Feruentis massæ crudo de puluere iussit.
Peccat & hæc, peccat, vitio tamen utitur: at vos
Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum?
Nēpe hoc q̄ Veneri donatē à virgine puppæ.
Quin damus id superis, de magna qđ dare læce
Non possit magni Messalæ lippa propago,
Compositum ius, fasq; animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto,
Hoc cedo, vt admoueā templis, & farre litabo.

Ecphrasis.

O animæ curuæ in terras, & uacue cœlestium,
Quid hoc iuuat? immittere mores nostros templis, et
existi-

existimare bona & grata dijs ex hoc nostro corpore
 uitijs subiecto. Hæc dissoluit sibi casiã oliuo corrupto
 hæc tinxit calabram lanam muricæ uitiato, hæc iussit
 auellere conchis margaritas, & in unum conflare me-
 tallâ, feruentis massæ de puluere nondum excocto.
 Hæc peccat, & iterum iterumq; peccat, tamen utitur
 uitio. At uos pontifices dicite, quid aurum facit in tem-
 plis? Nempe hoc, quod puellares imagunculæ donatæ
 Veneri à uirgine. Cur non potius offerimus id supe-
 ris, quod luxuriosus filius Messalæ nõ possit offerre
 de magna lancæ, puta ius & fas animi coniunctum, ac
 pura mentis penetralia, pectusq; naturali honestate
 generosum? Da, ut hoc templis admoueam, & uel mi-
 nimo munusculo Deum placabo.

SCHOLIA.

O curuæ in terras animæ.) Lactantius in libro de
 origine erroris cap. 2. Iuuat ergo uelut in aliqua sub-
 limi specula constitutum, unde uniuersi exaudire pos-
 sint, Persianum proclamare, O curuæ in terras ani-
 mæ, & cœlestium inanes, Cœlum potius intuemini, ad-
 cuius spectaculum uos excitauit ille artifex uerus,
 Deus. Ille uobis sublimen uultum dedit, uos in terrã
 curuamini, uos altas mentes, & ad patrem suum cum
 corporibus suis erectas, ad inferiora deprimitis, tan-
 quam uos pœniteat nõ quadrupedes esse natos. Pul
 pa.) Est caro sine ossibus. Per hanc autem significat
 corpus uoluptatib. deditũ, quo animus deprimitur à cœ-
 lestibus ad terrena. Dicite pontifices.) Lampridius

E iij in

Puppis.
Puppa.

in uita Alexandri Seueri, In templis sanè nunquam præter quatuor, aut quinq; argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam posuit, susurrans uersum Persij, In sacro quid facit aurum? Puppa.) Puppis, puer. Puppa, puella dicitur. Martialis, Se puppã dicit Gellia, cum sit anus. Puppa etiam est puellare simulachrum ex panniculis & tomento factum, quo puellæ lusitant. Virgines autem nupturæ, Veneri suas puppas offerebant, sperantes se breui ueros puppos puppã sue habituras, idq; Veneris beneficio. Et incoctum generoso pectus honesto.) Lactantius in libro de uero cultu cap. 2. Merito ergo Persius huiuscemodi superstitiones suo more deridet. Qua tu, inquit, mercede, deorum Emeris auriculas? pulmone & lactibus unctis? Sentiebat uidelicet nõ carne opus esse ad placandam coelestem maiestatem, sed mente sancta, & iusto animo, & pectore (ut ipse ait) quod naturali sit honestate generosum. Hæc est religio coelestis, non quæ constat ex rebus corruptis, sed quæ uirtutibus animi, qui oritur è coelo. Hic uerus cultus est in quo mens colentis seipsam Deo immaculatam uictimam sistit.

In Ter-

In Tertiam Satyram
argumentum.

Tertia de sidiam iuuenum, fastusq; lacessit.

Satyra Tertia.



EMPE hoc assidue, iam cla-
rum manè fenestras
Intrat, & angustas extendit lumi-
ne rimas.

Stertimus, indomitum quod de-
spumare falernum

Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.

En quid agis? fittas insana Canicula menses
Iamdudum coquit, & patula pecus omne sub
vlmo est,

Vnus ait comitū, verūm ne? ita ne? ocyus adfit

Huc aliquis: nemon? turgescit vitrea bilis,

Finditur, Arcadiæ pecuaria rudere credas:

Iam liber, & positis bicolor membrana capillis,

Inq; manus chartæ nodosaq; venit arundo:

Tūc queritur crassus calamo q̄ pendeat humor,

Nigra quòd infusa vanescat sepia lymphæ,

Dilutas queritur geminet quòd fistula guttas.

Ecphrasis.

Vnus comitum ait ad iuuenem prædiuitem, & de-
sidiosum, Nempe hoc assidue facis, ut in multam lu-

E iij

cem

cem dormias. Iam clara lux matutina intrat fenestras
 & extendit lumine angustas rimas. Stertimus quod
 sufficiat in stomacho concoquere uinum aqua non di-
 lutum, dum ab ortu Solis quinta hora præterit. En
 quid agis? Insana canicula coquit iam dudum siccas
 messes, & omne pecus est sub patula ulmo. Respon-
 det iuuenis, Verumne est hoc, quod ex te audio? Itã-
 ne est? Aliquis adueniat celeriter huc. An nemo ad-
 est? Perspicua bilis turgescit, & iuuenis tanta ira di-
 rumpitur, & ita in seruos ad se non accurrentes ex-
 clamat, ut audita eius uociferatione, Arcadios asinos
 rudere existimes. Iam capillis compositis ac pexis,
 accepit, in manus librum lutea membrana inuolutum,
 & chartas, & nodosum calamum. Tunc queritur,
 quòd crassum atramentum pendeat in calamo, quòd
 ita sit aqua dilutum, ut continuo è charta euanescat,
 queritur quòd calamus geminet guttas dilutas.

S C H O L I A.

Nobilium & diuitem iuuenum desidiam iner-
 tiamq; hac insectatur satyra, quid fugiendum sequen-
 dumq; sit docens. Inducit autem quen dam familiarium,
 adulescentis inertiam, circa liberalium disciplinarum studia
 reprehendentem. (Quinta dum linea tangitur umbra.)
 Antiqui per umbram gnomonis, orto Sole, horas in se-
 micirculo spectabant, in quo duodecim lineæ æquis di-
 uisæ spacijs à gnomone discurrebant. Prima uero linea
 ab occidente, Sole orto in primis adumbrabatur, de-
 inde ceteræ singulatim: uerum cum ad sextam lineam
 umbra

umbra uenerat, meridies erat. Quinta igitur linea, iam propè diem medium declarabat: quo tempore canicularibus diebus pecudes umbras & frigora captāt.

Quinta umbra.) Id est, ipsam quintam lineam ad-umbranti, seu tangenti. Bicolor membrana.) Lutea, Bicolor hoc est, ex altera parte croæo colore infecta, cum mēbrana. candida sit ex altera. Sepia.) Piscis genus, cuius sanguis est pro atramento. Fistula.) Calamum scriptorium per similitudinem significat.

O miser, inq; dies ultrà miser, hūccine rerum
Venimus? at cur non potius, teneroq; palumbo,
Et similis regum pueris, pappare minutum
Piscis, & iratus mammæ, lallare recusas?
An tali studeam calamo? cui verba? quid istas
Succinis ambages? tibi luditur, effluis amens.
Contemnere, sonat vitium percussa, malignè
Respondet, viridi non cocta fidelia limo.
Vdum & molle lutum es, nunc nunc properan-
dus, & acri

Fingendus sine fine rota: sed rure paterno
Est tibi far modicū, purū, & sine labe salinum:
Quid metuas? cultrixq; foci secura patella.
Hoc fatis? an deceat pulmonē rumpere ventis,
Stemmata quòd Tusco ramū millesime ducis,
Censorémve tuum, vel quòd trabeate salutas?
Ad populū phaleras, ego te int?, & in cute noui.
Non pudet ad mortem discincti viuere nacæ?

Sed

Sed stupet hic vitio, & fibris increuit opimum
 Pingue, caret culpa, nescit quid perdat, & alto
 Demersus, summa rursus non bullit in vnda.

Ecphrasis.

O miser, & indies miserior, uenimusne ad hanc
 rerum conditionem? At quare non potius similis &
 tenero palumbo, & pueris regum, petis uesci minuto
 cibo, & iratus nutrici, recusas lallare, & lac sugere?
 Loquitur adulescens, An studeam tali calamo? Respon-
 det admonitor, Cui uerba das? quid succinis istas am-
 bages? Tua res agitur. Si tu amens, ut uasculum male
 coctum, effluis, & infusum tibi liquorem transmittis,
 eris contemptui. Fidelia ex uiridi limo, non satis
 cocta cum percutitur, sonitu uitium prodit, & respon-
 det male, ac iniquum & stridulum sonum reddit. Tu
 es, tanquam udum & molle lutum, continuo, & sine
 mora properè bonis artibus instituendus, & infor-
 mandus ueloci ac diligenti exercitatione sine fine.
 Sed modicum frumentum est tibi in paterno rure, &
 purum ac sine labe salinum. Cur sis sollicitus? & pa-
 tella ac supellex, secura cultrix foci est tibi. Hoc satis
 est? An deceat te in superbiam efferri, quod millesi-
 mus ducis ramum ex Tusco stemmate, quodq; ortus
 es ex antiquissima Hetruscorum nobilitate, uel quod
 salutas censorem tuum, hoc est, tibi sanguine, uel affi-
 nitate coniunctum, uel quod tu trabeatus salutas quem-
 piam? Defer externa ista, quibus te gloriabundus o-
 stentas,

stentas, ornamenta ad populū, ego te intus & in cute noui. Non pudet te uiuere ad morem abiectissimi cuiuslibet hominis, & planè desidiosus? Sed hic stupidus & insanus in uitijs factus est, & crassa pinguetudo præcordia eius occupauit. caret culpa, quando quidē ingenij uitio peccat, nescit quid perdat, & demersus in stultitiæ fundo nequit rursus emergere, & resipiscendo ad sanam mentem reuerti.

SCHOLIA.

Pappare.) Vesa significat. Epidicus apud Plautum in Epidico, Nouo liberto opus est, quod pappet: Cui respondens Periphanes senex, Dabitur, inquit, præbebo abum, Pappare non fit hic nomen, ut quidam tradunt, sed manet infiniti modi uerbum. Nam & alibi Persius posco construit cū uerbo infiniti modi, Et lusco qui poscit dicere lusce. Mamma.) Mammam infantes appellant matrē uel nutricem. Lallare.) Lac sugere, dictum mihi uidetur aliorum pæce, quasi lac fellare. Pueri nonnunquā prædiuitum, qui nimis moliter educantur, lac sugunt, & in cunabulis cubant ad quintum uel sextum ætatis annum, dum iam fari queant, & lallare recusantes, minutiozem cibum petant.

An tali studeam?) Verba desidiosus, culpam in calamum transferentis. Tibi luditur.) Sumptum est ab alea, in qua res eius agitur, qui pecuniam deposuit in medium. Simile est illud Plauti in Epidico, Mihi istic nec seritur, nec metitur. Effluis amens.) Aptissime fictili parum cocto rudem ac desidiosum comparat, & in hac

in hac collatione diligentissimè uerbis utitur ad similitudinem accommodatis. Sonat uitium perassa.) Ita & tu uerbis admonitus, respondendo, ignauiam prodis tuam, licet in calanum culpã reijcere coneris.

Fidelia.

Fidelia.) Vas fictile, ab eo, quòd fideliter potũ continet. Fidelia uiridi limo.) Id est uiridis & crudi limi, seu è uiridi limo ficta. Nunc nunc properandus.) Optime quidam præcipit, Dum tener est natus, generosos insere mores. Seaura patella.) Quæ te securum faciat. Salinum autem & patellam posuit pro quacunque supellectile. Millesime & trabeate.) Vocatiui positi pro nominatiuis, autore Prisciano.

Prouerbiũ.

Intus & in cute.) Id est, omnibus modis mihi notus es. Alijs suam facto, mihi penitus es perspectus, neque me fallere potes. Nacæ.) Nacæ dicitur homo

Nacæ.

uilis & abiectus, quòd nauã non sit. Nacæ dicuntur, qui opera ex lana faciunt, & peculiariter fullones. Omnia ferè opera ex lana νάκαι dicuntur à Græcis. Significat autem, νάκη pellem ouium, uel pellem caprinam. Horatius in Sermonibus, Vngor oliuo, Non quo fraudatis immundis nacæ lucernis.

Magne pater diuũm sæuos punire tyrannos

Haud alia ratione velis, cum dira libido

Mouerit ingenium, feruenti tinctæ veneno,

Virtutem videant, intabescantq; relicta.

An ne magis Siculi gemuerunt æra iuueni,

Et magis auratis pendens laquearibus ensis,

Purpureas

Purpureas subtèr ceruices terruit:imus,
 Imus præcipites,quàm si sibi dicat,& intus
 Palleat infelix,quod proxima nesciat vxor.

Ecphrasis.

Magne pater deorum,uelis punire crudeles tyran-
 nos haud alia ratione,quàm ut uideant uirtutis splen-
 dorem & maiestatem,ac intabescant,quòd eam reli-
 querint, quando dira libido infecta feruenti ueneno
 mutauerit ingenium,quod suapte natura fertur ad uir-
 tutem. An ne inclusi in æneo Phalaridis Sialie tyran-
 ni tauro, magis gemuerunt, & gladius ab auratis la-
 quearibus dependens magis exterruit ceruicem assen-
 tatoris purpurati, subtèr opiparæ mensæ accubentis,
 quàm si infelix peccator ad se ipsum intra se loquatur:
 Imus,imus præcipites,nulla salutis spe,& palleat in-
 tus eorum scelerum consensientia, quæ fidissimæ uxori
 narrare non audeat?

SCHOLIA.

Magne pater.) Deum rogat, ut non alia pœna
 prauos afficiat,quàm,ut uirtutis claritatem uidentes,
 illaq; se suo uitio carere cognoscentes, animi dolore
 contabescant. Dira libido.) Impia, & Dei ira di-
 gna cupiditas. Libido.) Est generale uocabulum o-
 mnis cupiditatis, teste August. lib.de ciuit.Dei 14.

Feruenti tincta ueneno.) Metaphora est à lana sum-
 pta, quæ cum natura sit candida, colorem quo semel
 infecta est, non amittit, dicente Quintiliano: Nec la-

narum

narum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt, ita ingenium quod natura duce nititur ad bona, peruersis opinionibus, & malis moribus adeò deprauatur, ut nihil rectum uelit. Dira igitur libido, id est, cupiditas prauis opinionibus corrupta, tincta, hoc est infecta, feruenti ueneno, id est, frequēti actione, unde mos inoleuit, qui quēadmodū color à lana imbibitus, haud facile dimouetur. Venenū pro colore accipite testis est Maro, Alba nec assyrio fucatur lana ueneno. An ne magis?) Cruciatus corporis minores esse tormentis animi per comparationem ostendit. Perillus autem Atheniensis æreum taurum tanta arte fabrefecit, ut igne subdito, qui eius in aluo includebatur, eiulans mugire putaretur. Hunc cum in Siciliam ad Phalaridem, Agrigentinorum tyrannum detulisset, tali munere Phalaris ob insitam opinionem crudelitatis suæ turbatus est. Itaque ipsum artificem in taurum conijci iussit, ut primus artis suæ periculum faceret. Et magis auratis.) Democles assentator Dionysij, Syracusarum tyranni, opes ac potentiā cum extolleret, beatamq; eius uitam in tanta opulentia rerum assereret, eum ad coenam Dionysius inuitauit, gladiumq; seta alligatum supra eius caput appendi iussit, quo ille inter coenandum conspecto, præ nimio imminentis periculi metu regalibus mensis abstinuit: quod animaduertens Dionysius, illi tyrannos itidem uiuere, atque inter magnificos apparatus imminentibus periculis cruciari affirmavit. Horatius, Distri-

ctus

Etus ensis cui super impia Ceruice pendet, non Sicula
 dapes. Dulcem eleborabunt saporem, Non auium ci-
 tharæq; cantus Somnum reducent. Subtèr.) Nunc Subtèr.
 aduerbium est, sic apud Plautum, Hinc atque istinc, su Carnifex
 per, subterq; premor angustijs. Intus palleat.) Pa- sibi con-
 catus, Ipsa sibi carnifex conscientia est. Diuus Ambro scientia.
 sius in Epistolis, Sibi ipsum unusquisque animũ suum,
 seuerum sui iudicem, ultorem sceleris, & uindicem cri-
 minis habet. Idem, Nullus enim maior est dolor, quàm
 is, qui peccati mucrone uulnerat conscientiam: neque
 ullum grauius est onus, quàm peccatorum sarcina, &
 pondus flagitiorum: deprimit animam, curuat usq; ad
 terram, ne se erigere possit. Grauia fili, grauia nimis
 delictorum pondera.

Sæpe oculos, memini, tangebam paruus oliuo,
 Grandia si nollem morituri verba Catonis
 Discere, & infano multum laudanda magistro,
 Quæ pater adductis sudans audiret amicis.
 Iure, etenim id summũ, quid dexter fenio ferret
 Scire erat in voto, damnosa canicula quantum
 Raderet, angustæ collo non fallier orcæ,
 Neu quis callidior buxum torquere flagello.
 Haud tibi inexpertum est curuos deprendere
 mores.

Quæq; docet sapiens braccatis illita Medis
 Porticus, infomnis quibus indetonsa iuuentus
 Inuigilat, siliquis, & grandi pasta polenta.

Et

nunc se
 nas di
 mus.

Et tibi, quæ Samios diduxit littera ramos,
 Surgentem dextro monstrauit limite callem.
 Stertis adhuc? laxumq; caput compage soluta,
 Oscitat hesternum dissutis vndique malis?

Ecphrasis.

Vt memini, cum eram paruulus, corrumpebam
 sepe oculos oleo, quia nollem discere declamationem
 grandibus uerbis compositam de nece Catonis Vti-
 censis, & laudandam multum ab insano magistro,
 quam pater sudans audiret, amicis conuocatis. Iure au-
 tem id faciebam, etenim id præcipuum & potissimum
 erat in uoto & desiderio meo, scire quid lucri in lu-
 do talario faustus & utilis senio adferret: quantum
 uerò damnoſa canicula raderet, & auferret, & non
 falli collo angustæ turriculæ, in quam taxilli conij-
 ciuntur ab alcatoribus: ne ue quisquam esset peritior
 impellere flagello turbinem. Tu uerò peritus es pra-
 uos mores à rectis discernere, & iam doctus es ea,
 quæ sapiens Stoicorum schola, in qua braccati Me-
 di depicti sunt, docet, quibus præceptis iuuenes uigi-
 les, & intonsi, & nutriti leguminibus ac grandi po-
 lenta dant operam: Et littera, quæ diuisit ramos, à Py-
 thagora Samio duabus humanæ uitæ uijs applicatos,
 monstrauit tibi uirtutis callem dextro limite surgen-
 tem. An stertis adhuc? & caput tuum apertum, com-
 page dissoluta, oscitando euaporat, quòd herini-
 mium comedisti & potasti, malis tuis undique quasi
 dis-

dissutis & resolutis.

S C H O L I A.

Sæpe oculos.) Se quoque dum puer erat, utilibus salubribusq; contemptis, delectabilia, & uoluptuosa quæsisse scribit: Verùm latenter innuit, se tunc uenia dignum fuisse, ut qui rerũ ignoratione, uitio puerilis ætatis peccauerit. Sed cùm quis iam prouectioris ætatis tam frequenter sit admonitus, ad eamq; rerum cognitionem peruenerit, ut optimè uitium possit à uirtute discernere, eum uenia indignum esse significat.

Tangebam.) Corrumpebam Britannicus legit tangebam, id est, ungebam. Oliuo.) Oleum oculis infusum quandam lippitudinem representat, quã in filiis dum parentes metuunt, eos à lectione auertunt. Insano.)

Insanus.

Id est, nimis cõatato & agitato ad discipuli curam & institutionem. Sunt qui legendum censeant, incano, id est, ualdè cano. Sudans.) Vel præ timore, ne filius malè reatet, uel præ lætitia, uel ob laborem in amicis conuocandis. Senio.) Puncta sex in talo, uel tessera.

Senio.

Canicula.

Canicula.) Seu canis in talo unicum punctum continet, eiusq; iactus damnosus est. Propertius, Semper damnosi subsiluerunt canes. Orca.) Orca uas ficarium teres, atque uniformi specie, dicta à similitudine orce marine belue. M. Varro capit orcam pro uase uinari. Apud Persium infrà pro uase salsamentorũ ponitur. Nunc significat uasculum aleatorium, quò coniectæ agitataq; tesserae & tali mittuntur in alucum, ad euitandas aleatorum imposturas. A Martiale dia-

Orca.

F

tur

Braea.

Braeatus.

*Tria studio
sis maximè
necessaria.*

tur turricula, ab Horatio pyrgus. Vt quidam tradunt, ora uas est fictile, lato aluo, angusto ore ac fundo, longiori collo, in quam, inter ludentes pueros, qui nucem inieisset, uictor erat. Braccatis.) Braea uestis est fluxa, intonsa; ac uarij coloris, qua utuntur frigidioris plagæ gentes. Ouidius, Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. Hinc braeatus, braea uestitus. Pomponius Mela, Braeati sunt in totum corpus Sarmatæ, & nisi qua uident, etiam ora uestiti. Porticus.) Stoicorum sectam significat, qui à porticu nomen sortiti sunt. Insomnis.) Tria ponit obiter bonarum artium studiosis maximè necessaria, quorum primum est uigilantia: Vnde est illud in Satyra quinta, At te nocturnis iuuat impallescere chartis. Seneca in Epistola octaua, Nullus mihi per otium dies exit, partem noctium studijs uendico, non uaco somno, sed succumbo, & oculos uigilia fatigatos, cadentesq; in opere detineo: Secundum, nimij corporis cultus euitatio. Philosophiæ enim studiosi curam tondendi capilli, & expoliendæ cutis non habent. Idem in eadem Epistola, Hanc ergo sanam & salubrem formam uite tene, ut corpori tantum indulgeas, quantum bonæ uoletudini satis est: durius tractandum est, ne animo malè pareat. Et Epistola de amentia, Honestum ciuile est, cui corpus nimis charum est: Tertium, uictus frugalitas. Nam ut diuus ad Nepotianum refert Hieronymus, pinguis uenter non gignit sensum tenuem. Et Seneca Epistola de amentia quinta, Copiâ aborum, subtilitas

subtilitas impeditur. Horatius in Epistolarum libro secundo de Vate, Vivit siliquis, & pane secundo.

Et tibi quæ Samios.) Pythagoras per y literam, quæ in duas partes diducitur, significavit nobis duas esse propositas vias, quarum dextra ardua & angusta, nos ad virtutem inuitaret: sinistra uerò lata et ampla, vitijs pateret. Qua de re carmen extat Vergilij Maronis elegantissimum.

Litera Pythagora.

Est aliquid quò tendis, & in quo dirigis arcū:
An passim sequeris coruos, testaq; lutoq;
Securus quò pes ferat, atq; ex tempore viuis?
Elleborū frustra, quū iam cutis ægra tumebit,
Poscentes videas: venienti occurrite morbo,
Ecquid opus Cratero magnos promittere
montes?

Disciteq; ô miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, & quid nã victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metę q̄ mollis flexus, & vnde:
Quis modus argēto, quid fas optare, quid asper
Vtile nūmus habet: patrię charisq; propinquis
Quantum elargiri deceat: quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re,
Disce, neq; inuideas, quòd multa fidelia putet
In locuplete penu, defensis pinguibus Vmbris,
Et piper, & pernæ Marfi monumenta clientis,
Mænaq; quòd prima nondum defecerit orca.

P ij

Ecphra-

Ecphrasis.

Est ne aliquid quo tendis arcam tuam, & in quo dirigis eam? An sequeris passim coruos, & per testam, & per lutum, nihil curans quò pedes te ferant, atque sine prouidentia uiuis? Videre liceat homines frustra remedium quærentes, cum iam cutis eorum egrota intumescat. Si sapitis mortales, occurrите morbo uenienti. Nunquid opus est, medico promittere grandes pecuniarum acruos? O miseri, & disate, & cognosate causas rerum: quid sumus, & propter quid gignimur uicturi, quis ordo datus sit nobis à Deo, aut quàm mollis & facilis sit flexus mente, & unde nisi desit ars & industria. Disce, quis modus sit argento, quid fas optare, quid utile asper nummus habet, quantum debeat, elargiri patriæ, & charis propinquis: qualem te esse Deus iussit, ac quo in gradu rerum humanarum locatus sis, & quam facultatem rerum obtineas, ne plus minusue facias, quàm conditio tua ferat, nec afficiaris inuidia, quòd aliquem ditiozem te ærnas, & qui penarium multis rebus refertum habeat, quas Umbri, Marsi quæ clientes ei donauerint.

SCHOLIA.

Est aliquid quo tendis.) Sensus est, Uteris ne ratione & prudentia, qua disponis, & in cuius modamine temperas animi tui impetum, ad honestas actiones tempestiuè recte quæ peragendas? an sine delectu rerum uagabundus erras, & nulla adhibita prudentia,

tis, temerè proruis, quocunque fert inordinatus ap-
 petitus? Tendis.) Sunt qui absolutè accipiunt, ut sit **Tendo.**
 sensus: Proposuisti ne aliquem finem, ad quem per-
 gas? Sed mihi magis placet coniungere. Tendis ar-
 cum.) Ut apud Maronem, Aut acreis tendunt arais.
 Stultè autem quidam deprauatores pro in quo, le- **Notantur**
 gunt in quod, cum sit omnino legendum, in quo: sic **depraua-**
 habent ferè exemplaria, nec est oratio parum con- **tores.**
 grua, sed illis parum intellecta, in quo dirigit arcum.
 Non enim significat in quod mittis sagittas, sed estne
 aliquid quo tendis arcum, ubi Quo non est aduer-
 bium, sed casus instrumenti, & in quo, hoc est, in cu-
 ius moderamine dirigit arcum, id est, animi tui impe-
 tum. Est q; pulcherrima metaphora à sagittarijs sum-
 pta, quippiam habentibus quo arcum tendunt, & a-
 liquid in quo eum dirigunt, ut certior ictus fiat. Per
 arcum autem nunc accipio impetum, de quo Seneca **Arcus.**
 Epistol. 89. Ergo cum tripertita sit Philosophia,
 moralem eius partem primùm incipiamus disponere.
 Quam in tria rursus diuidi placuit, ut prima esset
 inspectio, suum cuique distribuens, & æstimans quan-
 to quidque dignũ sit, maximè utilis. Quid enim tam
 necessarium, quàm precia rebus imponere? Secunda,
 de actionibus: Tertia, de impetu. Primum enim est, ut **Impetus.**
 quantum quidque sit, iudices. Secundum, ut impetum
 ad illa capias ordinatum, temperatumq;. Tertium, ut
 inter impetum tuum, actionemq; conuenias, ut in om-
 nibus istis tibi ipsi consentias. Quicquid ex his tribus

defuerit, turbat & cetera. Quid enim prodest, intus
 aestimata habere omnia, si sis impetu nimius? Quid
 prodest impetus repressisse, & habere cupiditates
 in tua potestate, si in ipsa rerum actione tempora i-
 gnores, nec scias, quando quidque, & ubi, & quem-
 admodum agi debeat? Aliud est enim dignitates, &
 preia rerum nosse, aliud articulos, aliud impetus re-
 frenare, & ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo uita
 sibi concors est, ubi actio non destituit impetum: im-
 petus ex dignitate rei cuiusque conapitur, proinde
 remissus acriorq; pro ut illa digna est, peti. Hacten-
 nus Seneca. An passim sequeris coruos.) An nec lo-
 ci, nec temporis habita ratione, ruis ad agenda quo-
 cunque te corui praecedunt? per quos aptissime signi-
 ficatur iuuenilis appetitus aetatis, calore nimis effere-
 uens, ad intemperantiam, & ad uitia, quae denigrant
 animum, nisi ratione cohibeatur, praemodum propen-
 sus. Adagium est Graecorum, ὄρνις ζήτησις. Aues quaer-
 ris, id est, rem uagam, & captu difficilem sequeris.
 Pertinet & huc, illud prouerbiū, Absque scopo ia-
 culari, quod de eis dicitur, qui nihil certi propositū
 habent, quod sequantur, & ad quod, instituti, consi-
 lijq; sui rationes referant. Lucretius in Toxaride,
 Quoniam in praesentia nullo proposito scopo iacu-
 lati sumus, denuò a fato arbitro, alia amicorum pa-
 ria apud illum referamus. Securus quò pes ferat.)
 Prouerbiū. Prouerbiū est, Quocumque pedes ferent, pro eo,
 quod est, quolibet, Conueniet ubi nihil certi specta-
 tur,

tur, ad quod nostri dirigantur conatus. Lucianus in Hermotimo, Neque iuxta prouerbium, Quocunque nos pedes tulerint, illuc ibimus. Horatius in Odis, Ire, pedes quocunque ferunt, quocunque per undas Notus uocabit, aut proteruis Africus. Ex tempore uiuis.) Id est, sine premeditatione, & prouidentia. Venienti occurrite morbo,) Prouerbium est, Satius est initijs mederi, quam fini. Theognis, Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo. Ouidius, Opprime dum noua sunt, subiti mala semina morbi. Idem, Principijs obsta, sero medicina paratur, Cum mala per longas conualuere moras. Et rursus, Vidi ego, quod fuerat primo sanabile, uulnus Dilatum, longæ damna tulisse moræ. Cratero.) Craterus illustris medicus fuit, de quo Horatius Non est cardiacus Craterum dixisse putato. Magnos promittere mōtes.) Prouerbialis hyperbole, de ijs qui immensa promittunt. Salustius in Catilinario, Maria, montesq; polliceri cœpit. Dicitur & aureos montes pollicari. Terent. in Phor. Is senem per epistolam pellexit, modo non mōtes auri pollicens. Diuus Hieronymus in Rufinum, Ut cum montes auri pollicitus fueris, ne scor teum quidem nummum de thesauris tuis proferas. Disciteq; ô miseri.) Hi uersus ab Augustino citantur libro de ciuitate Dei 2. cap. 6. Causas cognoscite rerum.) Exhortatur ad sapientiæ studium, quæ est nosse diuina & humana, & horum causas. Vergilius, Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Ex tempore uiuere.

Craterus.

Prouerbiū.

F iij

Quid

Prouerbiū. Quid sumus.) Pulcherrimū apud Græcos adagiū
 est. γνῶθι σαυτὸν, id est, Nosce te ipsum, quo admo-
 netur homo, ut naturā suā cognoscat: cum enim sit
 animal ex mortali corpore & immortalis rationaliq;
 anima cōpositū, contēpto corporis cultu, sciētis uir-
 tutibusq; animū suū studeat excolere, & uia ad bea-
 titudinem præparare. Aut quidnam uicturi gigni-
 mur.) Non enim ad hoc nati sumus, ut uentri atque
 somno dediti, corporis uoluptates more pecudum se-
 detemur: neque rursus, ut dies, & noctes solliciti, ma-
 gnā pecuniæ uim cōgeramus, sed ut piē iustiq; ui-
 uendo, ueram beatitudinem consequamur. Ordo quis
 datus.) Deus omnium rerum conditor optimus ma-
 ximus, inter animalia dedit nobis ordinem honestis-
 simum, quem ut tueamur, ne uitij infrā pecudes re-
 ducti iaceamus, omni studio elaborandū. Diuus Am-
 brosius in operis sex dierum libro sexto, Caue ô ho-
 mo pecudum more curuari: Caue, ne in alium te non
 tam corpore, quā cupiditate deflectas: Respice cor-
 poris tui formam, & speciem congruentem æsi ui-
 goris assume. Si sola animalia prona pascantur, cur
 te in edendo sternis ipse, quem natura non strauit?
 Cur eo delectaris, in quo naturæ iniuria est? Cur no-
 ctes & dies cibo intentus, pecorum more terrena
 depasceris? Cur illecebris corporalib⁹ deditus, ipsum
 te inhonoras, dum uentri atque eius passionibus de-
 seruis? Cur intellectum tibi adimis, quem tibi creator
 attribuit? Cur te iumentis comparas, à quibus te uo-
 luit

luit deus segregari, dicens, Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus? Aut si te edacitas equi, intemperantiaque delectat, et adhinnire ad feminas uoluptati est, delectet in freno maxillas tuas constringi. Si crudelitate pasceris, ferarum haec rabies est, quae propter seuitiam trucidantur. Vide, ne in te quoque crudelitatis tuae uertatur immanitas: Haec Ambrosius. Sunt et inter homines diuersi ordines, decet autem suo unumquenque ordine, quem Deus assignauit, contentum uiuere, et rectis officijs ducem sequi, eiusque praecipis diligenter obtemperare. Aut metæ quam mollis flexus, et undæ.) Disate, si Deum optimum ducem sequentes, sapientia, et industria utamini, quae faale per undas huius seculi nauigando, possitis ad metam peruenire, et longos cursus (ut ait Poëta) arcum flectere, ac pulcherrimorum certaminum egregia praemia felicitate adipisci. Quod sane difficultimum fuerit, si uos inertiae submiseritis, ac ignauiae. Metæ terminus est ipsius cursus, ad quam non satis est peruenisse, nisi etiam arcum eatur, in quo industria, laborque requiritur. Est enim difficultas circa flexum metæ. Nam si quis nimis adheret, periculum est, ne curru aut nauis in eam illidatur, et rotas uel remos amittat: Sin autem nimis longo illam spacio euitet, potest qui sequitur, inter metam et illum, breuiori uia delatus, ex secundo prior effia. Artificio igitur opus est, quod ostendit Papinius dicens, Flectere si posset arcum compendia metæ. A metiendo

autem

Metæ.

autem meta dicta est, uel quòd in dimenso spacio po-
 sita sit, uel quia illam metiantur quadrigæ, nauësue
 circumcurrentes. Ponitur per translationem pro quo-
 libet termino. Ouid. in tristibus, Detur in offensa ui-
 tæ tibi tangere metam. Per metam hîc quoque termi-
 num uitæ, & mortem accipe, quam sapiens non om-
 nino uitat, cum uelit assequi beatitudinem, quæ in hac
 uita non potest haberi, nec tanto impetu incurrit, ut
 frangatur, & remis amissis, aut gubernaculo, peri-
 clitetur, æternæq; morti subiiciatur: sed arcum flectit,
 & corporis morte uitam animo comparat sempiter-
 nam. Flexus metæ.) Qui fit arcu metam. Flexus
 undæ.) Qui fit per undam, ut apud Vergilium, Ef-
 fugit ante alios, primusq; elabatur undis, Turbam in-
 ter fremituq; Gyas. Miror quosdã non inruditos,
 Vnde pro aduerbio hîc accipere, cum sit nomẽ, quod
 etiam testantur antiqui codices, in quibus per diph-
 thõgon scriptum est. Non enim Persius ad quamli-
 bet alludere metam uidetur, sed ad eam, quæ est apud
 Maronem in 5. Aeneidos, Hîc uiridem Aeneas fron-
 dēti ex ilicæ metam Constituit, signum nautis pater.
 Et sanè quàm aptè hanc uitam undoso freto com-
 parat, in qua per tot fluctus, & tanta rerum pericu-
 la cupimus ad felicitatis metam peruenire. Quis
 modus argento.) Quæ mensura pecunie conquirēdæ
 sit statuenda, docet optimè Iuuenalis, Mensura tamẽ
 quæ sufficiat censur, si quis me consulat, edam: In quã
 tum sitis atque fames, & frigora posant. Quid
 fas

In enarra-
 tores Persij

fas optare.) Socrates nihil ultra petendum à Deo ar-
bitratur, quàm ut bona tribueret, quia is sciret o-
ptimè quid unicuique foret utile. Iuuenalis, Orandū
est ut sit mens sana in corpore sano. Fortem posce a-
nimum, mortis terrore carentem, & reliqua. Num Asper nū-
mus asper) Nummi signo notati, contrestando digi-
tis asperi sunt: contra, aurum uel argentum non ha-
bens monetā, leue est. Disce, neque inuideas.) Quia
sapientiæ nullus thesaurus præstat. Mæna.) Pis-
is colorem mutans, candidus hyeme, nigrior æstate,
qui & hæc dicitur, græcè μαυρίσ ιδ

Hic aliquis de gente hircosa centurionum
 Dicat, quod satis est sapio mihi: non ego curo
 Esse quod Arcesilas, ærumnosiq; Solones,
 Obstipo capite, & figentes lumine terram,
 Murmura cùm secum, & rabiosa silētia rodūt,
 Atque exporrecto trutinantur verba labello,
 Aegroti veteris meditantēs somnia, Gigni
 De nihilo nihil, In nihilum nil posse reuerti.
 Hoc est cur palles, cur quis nō prædeat hoc est.
 Hos populus ridet, multumq; torosa iuuentus
 Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos,

Ecphrasis.

Hoc loco quispiam de piloso & graue olenti mi-
 litum genere dicat, Sapio quod satis est mihi. Non
 ego auro esse id quod Arcesilas, & laboriosi mise-
 riq;

riq; philosophi fuerunt, obstipo, & obliquo capite,
 atq; oculos in terram defigentes, quando rodunt secū
 murmura, & rabiosa silentia, atque trutinantur uer-
 ba labris extensis, meditātes somnia, qualia sunt eo-
 rum qui diu egrotarunt, Ex nihilo nihil gigni pos-
 se, nihil resolui in nihilum. Hoc est, cur nimio studio
 factus es pallidus, hoc est, cur aliquis abstineat à
 prandio. Hos philosophos uulgus habet ludibrio,
 & apprimè ualidi iuuenes distortis naribus tremu-
 los cachinnos ingeminantes, hos subsannant.

SCHOLIA.

Hircus.

Hircosus.

Arcefilas.

Solon.

Obstipus.

Figentes lu-
mine terrā.

Prouerbiū.

Hircosa.) Hircus per metaphoram dicitur foetor
 ille ex pilis subalaribus prodiens. Vnde hircosus, qui
 nimis abundat hirco. Arcefilas.) Philosophus hic
 Academicus fuit. Solones.) Philosophi, Solon Athe-
 niensis, unus septem Sapientiū Græciæ. Obstipo.)
 Obliquo. Hora. Stes capite obstipo, multū similis me-
 tuenti. Ostipi dicuntur, quibus colla rigent, & in hu-
 merum capita inclinata sunt. Figentes lumine ter-
 ram.) Ita oculum in terram dirigentes, ut sagitta so-
 let in scopum. Figentes dixit quasi transfigentes &
 iaculantes. Maro, Et figere æruos. Fixis oculis in-
 tueri prouerbialiter dicitur, pro eo quod est, atten-
 tius accuratiusq; considerare. Rabiosa silentia ro-
 dunt.) Sumptum est à canibus, qui in rabiem uersi,
 non latrant clarè, ut solent, sed silent, & mordent:
 ita & philosophi diuersas intra se opiniones & al-
 terationes agitātes, quasi rabiosa silentia rodere ui-
 dentur

dentur. Gigni de nihilo nihil.) Secundum omnes philosophantes, ex nihilo nihil fit. Vnde Lucretius lib. I. Nullam rem è nihilo gigni diuinitùs unquam. Sed tenenda est nobis Theologorum sententia, dicens, Deum ex nihilo mundum creasse.

Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus, & egris
 Faucibus exudat grauis halitus, inspice sodes
 Qui dicit medico, iussus requiescere, postquam
 Tertia compositas vidit nox currere venas,
 De maiore domo modicè sitiente lagena,
 Lenia loturo sibi Surrentina rogabit:
 Heus bone, tu palles, nihil est, videas tamè istud
 Quicquid id est, surgit tacitè tibi lutea pellis.
 At tu deterius palles, ne sis mihi tutor.
 Iam pridem hùc sepeli, tu restas, perge, tacebo.
 Turgidus hic epulis, atq; albo ventre lauatur,
 Guttore sulphureas lente exhalante mephites.
 Sed tremor inter vina subit, calidumq; trientè
 Excutit è manibus, dentes crepuere reiecti.
 Vincta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.
 Tunc tuba, candelæ, tandemq; beatulus alto
 Compositus lecto, crassisq; lutatus amomis,
 In portam rigidos calces extendit, at illum
 Hesterni capite induto subire Quirites.

Ecphrasis.

Is egrotus qui dicit medico, Inspice, pectus tre-
 pidat

pidat mihi, nescio propter quid, & grauis halitus
 exudat agris fauibus, sodes inspice, quid morbi sit:
 iussus à medico requiescere, postquam uidit tertia no-
 cte febrim non reuertisse, rogabit lenia uina Surren-
 tina dari in modica lagena ex domo ditioris amici,
 sibi balneum ingressuro: Medicus autē reuisens eum,
 reuocat ne balneum intret. Heus bone tu palles. Re-
 spondet egrotus, Nihil est. Medicus, Tamen uideas
 istud, quicquid id est, cutis croci coloris tibi laten-
 ter intumescit. Aegrotus, At tu palles deterius, quàm ego,
 ne sis tutor mihi. Iam pridem sepeliui hunc tutorē, tu
 restas à me sepeliendus. Medicus, Perge, tacebo. Hic
 egrotus, contemptis medici monitis, turgidus epu-
 lis, & pallido uentre lauatur, gutture exhalante tar-
 dè graue olentes halitus. Sed tremor occupat homi-
 nem inter uina, & excutit è manibus eius calidum po-
 culum, dentes denudati crepuerunt: Vincta pulmen-
 taria excidunt tunc ore, illius labris apertis: Tunc
 tuba & candela ad funus efferendum præparatur,
 & tandem diues, quem uulgus existimat beatum, cō-
 positus alto lecto, & persusus crassis unguentis, ex-
 tendit calces iam morte rigidos in portam: at liber-
 ti, pridie mortem Domini, libertate donati, accepto
 pileo, funus illius efferunt ad sepulturam.

S C H O L I A.

Inspice nescio quid.) Quemadmodum egrotus
 qui medici monita contemnit, non eum, sed seipsum
 fallit, ita iuuenis qui philosophos irridet, nō eis nocet,
 sed

sed suæ ipsius salutis aduersatur. Est aut philosophia, animi medicina: sicut mediana, corporis philosophia.

Postquã tertia cõpositas.) Medicinæ Persius nõ ignarus, ea profectò ponit, quæ ueteres medici obseruauerunt. Celso enim authore lib. 3. Vbi corpus egrotare incipit, quanuis unam febris accessionẽ secuta integritas est, tamẽ quia tertiana timeri potest, expectandus est dies tertius, & ubi accessionis tempus præterijt, cibus dandus est, sed exiguus, quia quartana quoque timeri potest. Hic autem die tertia cùm uideret febrim non reuertisse, tanquam omni periculo liberatus, ad pristinum uictum, & incontinentiam redijt. Modicè sitiente.) Modicum cupiente.

Surrentina.) Hæc uina dicta sunt à Surrentinis montibus Campaniæ, & propter tenuitatem salubritatemq; , conualescentibus maximè probata erant. Surrentina uina.

Heus bone tu palles.) Medici uerba sunt, ne se lauet, neue largius uino utatur, quoniam palleat, admonentis. Nihil est.) Valetudinem dissimulat egrotus, ut ad pristinam luxuriam relabatur. At tu deterius palles.) Conuitiatur medico, monens ne sibi tanquam custos & tutor sit. Ne sis mihi tutor.) Ne mihi præscribas, atque imperes. Horatius, Siue ego prauè, seu rectè hoc uolui, ne sis patruus mihi.

Proverbiũ.

Hunc. (Tutorem. Sepeli.) Per apocopen pro sepelij. Tu restas.) Cupio & te, qui me uis regere, sepelire, sicut tutorem meum sepeliui Horat. Omnes composui felices, nunc ego resto, Confia. Per-

ge

Mephitis.

ge taæbo.) Verba medici irati, & discedentis.
 Mephites.) Mephitis est terræ putor ex aquis,
 maxime sulphuratis, atque corruptis proueniens.
 Maro, Sæuamq; exhalat opaca mephitum. Tunc tu
 ba.) Legitur & hinc, sed tunc magis arridet. In fune
 ribus dignioribus, olim tuba canebatur: in plebeijs, ti
 bia.

Beatulus.

Beatulus.) Aptè diminutiuo utitur, ironicôs lo
 quens, & significans minime beatum, tametsi uul
 gò uideatur.

Tange, miser, venas, & pone in pectore dextrã,
 Nil callet hic, summosq; pedes attinge man' q;
 Non frigent: visa est, si fortè pecunia, siue
 Candida vicini subrisit molle puella,
 Cor tibi rite salit, positum est argente catino,
 Durum olus, & populi cribro decussa farina.
 Tentemus fauces, tenero latet vlcus in ore
 Putre, quod haud deceat plebeia radere beta,
 Alges, cum excussit mēbris timor albus aristas.
 Nunc face supposita feruescit, sanguis, & ira
 Scintillant oculi, dicisq; facisq;, quod ipse
 Non sani esse hominis, nō sanus iuret Orestes.

Ecphrasis.

Miser quispiam iuuenis ait medico, Tange ue
 nas meas, & pone dextram tuam in pectore meo.
 Respōdet medicus, Nullum in te febricitantis calorē
 deprehendo. Iuuenis, Et attinge extremitates pedū

ac ma-

ac manuum mearum. Medias, Non frigent, sed aliū
 in te morbum deprehendo: Cū enim corpore sano
 sis, mente non rectè uales: nam & auaritia & libi-
 dine æstuas. Si fortè pecuniam uidisti, siue formosa ui-
 ani puella molliter tibi subrisit, cor rectè tibi salit: At
 si durum olus appositum est frigido catino, & panis
 plebeius ac secundarius, tentemus fauces tuas, putre
 ulcus latet in ore tenero, quod haud deceat tangere
 uulgari olere. Alges quando timor pallorem indu-
 cens exaussit membris pilos. Interdum materia subie-
 cta, sanguis circa cor efferuescat, & oculi santillant
 irâ. Et dias, & facis id, quod ipse Orestes nō sanus,
 iuret esse hominis non sani.

SCHOLIA.

Tange miser uenas.) Deridet eum, qui corpore se
 simulat egrotum, cū uitijs animi laboret. Non
 frigent.) Nullum aduenientis febris indiciū uideo,
 solet enim frigus febrim præcedere, ac tunc extremæ
 partes prius frigere incipiunt. Visa est si fortè pe-
 cunia.) Auarus (ut in quodam sermone diuus ait Am-
 brosius) gratius aurum intuetur, quàm Solem uidet.

Subrisit molle.) Sic Propertius, Risit, & arguti
 quiddā promisit ocello. Catino.) Genus est uasis es-
 carij. Timor albus.) Ab effectu: facit enim pallidos. Timentes
 Cur metuētes palleſcāt, nō est in occulto. Natura enim cur palleāt
 cū quid de extrinsecus accidentibus metuit, in altū & tremāt.
 tota dirigitur: sicut nos quoq; cū timemus, latebras
 & loca nos occultantia quærimus. Ergo tota descen-

G dens

dens ut lateat, trahit secum sanguinē, quo uelut curru
semper uehitur. Hoc demerso, humor dilutior cuti
remanet, & inde palleſat: Ideo timentes & tremunt,
quia uirtus animæ introrsum fugiens, neruos relin-

Arista. saltu tremoris agitantur. *Aristas.*) Pulos qui in hu-
mano corpore, uelut aristæ in spica sunt. Aristæ pro-
priè sunt caulei spicarum, dictæ quòd atò arescant.

Exaustit.) Exaustiendo erexit. Vergilius, Obstupui,
steteruntq; comæ, & uox faucibus hæsit. Aristoteles
Problematum sectione 8. quæſtione 18. docet, quam
obrem, quoties inhorresamus, pili erigantur. Ferues-

Ira. cit sanguis.) Ira enim est ebullitio sanguinis circa cor.
Santillant oculi.) Ouidius, Ora tument irâ, nigres-
cunt sanguine uenæ, Lumina Gorgoneo sæuius angue
micant. *Orestes.*) Hunc ob matriadij consaentiam

Orestes.

furijs exagitatum fuisse notissimum est. Ei i-
gitur de insania cuiuspiam iuranti, ut
qui sit expertus ipse, magis cre-
dendum uidetur.

ARGV-

ARGVMENTVM IN QVAR-
tam Satyram.*In quarta stultus rex, censorsq; notantur.*

Satyra quarta.



Em populi tractas, barbatū hoc
crede magistrum

Dicere, sorbitio tollit quem dira
cicutæ.

Quo fretus? dic hoc magni pu-
pille Pericli.

Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda, tacendaq; calles.

Ergo vbi commota feruet plebecula bile,
Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ

Maiestate manus: qd deinde loquere? Quirites

Hoc puto nō iustū est, illud malè, rectius istud:

Scis etenim iustum gemina suspendere lance

Ancipitis libræ, verum discernis, vbi inter

Curua subit, vel cū fallit pede regula varo,

Et potis es nigrum vitio præfigere theta.

Quin tu igitur summa nequiquā pelle decor⁹,

Ante diem blando caudam iactare popello

Desinis? Anticyras melior sorbere meracas?

Quæ tibi summa boni est? vncta vixisse patella

Semper, & assiduo curata cuticula sole.

Expecta, haud aliud respōdeat hęc anus: I nūc,

G ii Dino-

Dinomaches ego sum, suffla, sum cādidus: esto,
 Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis,
 Cūm bene discincto cantauerit ocyma vernæ.

Ecphrasis.

Rempublicam tractas, crede Socratem philoso-
 phum, qui mortifero haustu acutæ, Athenis extin-
 ctus est, dicere hoc, O pupille magni Periclis, dic
 hoc, qua re confisus accedas ad tractandam rempu-
 blicam? Scilicet ingenium, & uelox rerum pruden-
 tia uenit tibi ante pubertatem, prudens nosti, quæ di-
 cenda sint, & quæ tacenda. Ergo quando uulgus æ-
 stuat furore & seditione, cupis auctoritate tua, ma-
 nu significante, indicare facereq; silentium multitu-
 dini cōatatae, quid tum dicturus es? Quirites, opinor,
 hoc non est iustum, illud malè ageretur, illud rectius.
 Etenim scis suspendere iustum in duabus lanabus an-
 apitis libræ, & discernis rectum, quādo miscetur in-
 ter curua, uel cum libræ lingua, extremitate intorta,
 fallit. Et potes præfigere uitioso homini mortiferum
 theta. Cur igitur tu frustra speciosus extrema cute, cū
 intus sis turpis, non desinis ostentare te ante tempus
 blandiēti populo, qui aptior es puris & simpliabus
 ellebori potionib; insaniã tuã purgare, q̄ per summã
 ambitionē ante tēpus stultæ multitudinis temeritati
 te subijcere? Quæ est tibi finis bonorū? an uiuere sem-
 per epulis delicatis, et indulgere corporis uoluptati?
 Expecta, hæc anus nō aliud respōdeat. Inunc, et glo-
 riare & iacta, ego sum generosus, sum pulcher. Con-
 cedo

cedo quidem, dummodo scias hanc anum pannosam
non sapere minus te, cum bene uenalia proclama-
uerit pigro uernæ ocyma, & id genus herbas.

SCHOLIA.

Rem populi tractas.) Hæc Satyra ad Platonici
dialogi, qui primus Alcibiades uocatur, exemplar,
ueluti delineata est. Castigat apud Platonem Socra-
tes Alcibiadem, tanquam nihili hominem ac imperi-
tum, nimisq; gloriosum, quod esset in Atheniensium
conuione dicturus, quæ nesciret, ac disputaturus de iu-
sto & iniusto, cum ipse iustorum atque iniustorum in-
scijs foret. Hic autem clanculum carpitur Nero, qui
uix dum pueritiam egressus, Romanum imperium oc-
cupauit, cum per ætatem & rerum imperitiam, quid
agendum, quidue dicendum esset, ignoraret. Verum ne
in principem suum apertè uideatur inuehi, Socratē
inducit, qui Alcibiadem discipulum suum reprehen-
dat. Barbatum magistrum.) Philosophum. Iuena-
lis, Barbatus licet admoueas mille inde magistros.

Barbatus
magister.

Cicuta.

Socrates.

Cicuta.) Cicuta herba est, cuius succo uenenofo mor-
tem obijt Socrates. Apuleius lib. 10. de asino aureo,
Nonne diuinæ prudentiæ senex, quem sapientia præ-
tulit cunctis mortalibus Deus Delphicus, fraude &
inuidia nequissimæ factionis circumuentus, uelut cor-
ruptor adolescentiæ, quam frenis coërcebat, herbe
pestilentis, succo noxio peremptus est relinquens ci-
uibus ignominie perpetuæ maculam? Magni pupil-
le Pericli.) Pericli pro Periclis, ut Achilli pro achil-

G iij

lis

Pupillus.

Pericles.

Varus.

Proverbiū.

Proverbiū.

Anticyra.

lis. Alcibiades (ut scribit Plutarchus) arcto gradu propinquitatis Pericli coniūctus erat, sub cuius tutela, mortuo Clinia patre, fuit. Pupillus dicitur, qui orbatus est patre. Pericles dux fuit Atheniensium clarissimus. Scilicet ingenium.) Hi de eam uersus ironi- cōs legendi sunt. Hoc puto.) Ita legendum uidetur quibusdā doctissimis, quibus libēter assentior, taēt si Priscian? lib. 15. tradat quosdā, puta quoq; aduerbiū esse, accipere, ideoq; Persiū id corripuisse. Sed id nec Prisc. approbat, nec nobis uerū uidetur. Varo.) Varus dicitur qui introrsum pedes uel crura obtorta habet. Accipitur pro obtorto et inflexo. Theta præfigere.) Significat dānare. Martial. Nosti mortiferū Prætoris Castrice signū: est operæ precii discere theta nouum. Ausonius, Tuūq; nomē theta sectilis signet: D apud ueteres nota condemnationis fuit, quo significatur Δάνατ Θ, id est, mors: κ uel (ut quidā tradunt) τ, absolutionis. N. L. signum fuit ampliatio- nis, quod significat, non liquere, sed causam amplius agi oportere. Summa nequiquam pelle decorus.) Horat. in Epistol. Introrsum turpem, speciosum pelle decora. Caudam iactare.) Ostentare te blandien- do, seu blandiri Θ adulari, quod à canibus tractum uidetur. Dicitur Θ cauda blandiri, qui spe commodi cuiuspiam adulatur. Aristophanes in Equitibus, Eras- mo interprete, Qui cauda alludens, cūm cœnā obser- uat, amica, Te spectāte aliò, tua edulia deuorat ille.

Anticyras.) Strabo libro Geographiæ nono, duas

Anti-

Anticyras ostēdit, & in altera, quæ sit post Crissanz oppidum, elleborū nasci: in altera eiusdem nominis, quæ sit ad sinum Maliaam, & Octam montem, optimè temperari, atque in eam, quam plurimis è regionibus adnavigari, sanitatis gratiâ. Horatius, Nauiget Anticyrã. Idem, Danda est ellebori multo pars maxima auaris. Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem: id est, quicquid ellebori in Anticyra uel nascitur, uel sumitur. Ita & hic Anticyram pro elleboro posuit. Ad insanum prouerbialiter dicitur, Bibe elleborum, & elleborum ede, elleboro te purga: propterea quòd olim plurimus usus fuerit huius herbe ad leuanda capitis & mentis uitia. Lucianus in dialogo Menippi ac Tantali, Desipis Tantale, & (ut uerè dicam) elleboro poto tibi est opus, eoq; sanè meraco. Horatius, Expulit elleboro morbum bilemq; meraco. Ouidius: I, bibe dixissem purgantes pectora succos, Quicquid & in tota nascitur Anticyra.

Prouerbiū.

Prouerbiū.

Quæ tibi.) Perperam quidam legunt, quo. Dinomaches.) Hic Atheniensis uir clarissimus fuit, à quo genus maternum duxit Alabiades. Pannucia.) Pannosa. Pannucius dicitur pannosus, & uilibus uestimētis indutus. Bauas.) Inopis fœminæ nomē est, sumptū, ut uidetur, ex Ouidio. Ocyma.) Ocymū est herba hortensis boni odoris, græcè scribitur ὄκισμον: inuenitur & per γ ὄκισμον. Sunt qui hoc loco scribendum dicant per z ozima, deductumq; nomen ab ὄζειν, quod est, redolere. Horum iudicio ozimum

Dinomaches.

Pannucius.

Bauas.

Ocymum.

Ozimum.

G iij est

est herba odorata, condimentis idonea: Ocimum uero pabuli genus, quo bobus aluum sisti tradunt.

Vt nemo in sese tentat descendere? nemo,
 Sed præcedenti spectatur mantica tergo,
 Quæsieris, nostin' Vettidi prædia? cuius?
 Diues arat Curibus, quantū nō miluus oberret
 Hunc ais? hunc, diis iratis, Genioq; sinistro
 Qui quandoq; iugum pertusa ad compita figit,
 Seriolæ veteris metuens deradere limum
 Ingemit, hoc bene sit, tunicatū cū sale mordens
 Cæpe, & farratam pueris plaudentibus ollam,
 Pannosam fecem morientis sorbet aceti.

Ecphrasis.

Quomodo nemo tentat descendere in sese? nemo, inquam, sua ipsius uitia perscrutatur, sed aliorum semper uitia cernimus. Si quæsieris ex aliquo, Nostine prædia Vettidij? respondet ille te interrogans, Cuius Vettidij? Respondes ei, Illius Vettidij, qui diues arat Curibus tantum agri, quantum miluus non circumuollet. Respondet ille tibi, Aisne hunc Vettidium? Noui hunc hominem, uiuentem diis iratis, & genio aduersante, qui tam auarus est, ut arando, etiam in compitis aratrum figat, atque aliquam partem attrite uic aratione comminuat: qui metuens deradere limum ueteris seriolæ, uehementer gemit, dicens, hoc Deus bene uertat, & mordens tunicatum cæpe cum sale, ac pulterem

pultem ex farre, sorbet pannosam fecem deficientis
aceti, pueris lætantibus.

SCHOLIA.

Vt nemo.) Inuehitur in eos, qui citò uident alie-
na uitia, cum ad sua sint inquirenda tardissimi. Ne-
mo.) Hanc dictionem geminat ad maiorem admira-
tionem, affectusq; sui expressionem in legentium a-
nimis imprimendam. In se descendere, est sua ipsius ui-
tia quempiam inspicere, translatum uel à fodinis, uel
à cellis, in quas qui descendunt, quid illic repositum,
reconditumq; sit, nosse possunt. Sed præcedenti spe-
ctatur mantica tergo.) Finxit Aesopus singulos mor-
tales binas habere manticas, hoc est, peras, alteram
ante pectus, alteram à scapulis, tergoq; propenden-
tem. Sed in priorem, inquit, aliena uitia immittimus:
in posteriorem, nostra. Catullus, Sed non uidemus
manticae quid in tergo est, id est, non uidemus nostra
ipsorum uitia, cum aliena curiosis oculis perspicia-
mus. Seneca taxans id genus homines præposteris,
Papulas, inquit, obseruatis alienas, obsiti plurimis
ulceribus. Consimilis est illa euangelica sententia, quæ
eos accusat, qui in alieno oculo festucam uidentes, in
suo trabem non aspiciunt. Diuus Hieronymus, Qui
per trabem oculi sui, festucam alterius nitatur erue-
re. Hoc hominum genus Horatius eleganter notat,
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur
in amicorum uitijs tam cernis acutum, Quàm aut a-
quila, aut serpens epidaurius? Mantica.) Est saccu-

Prouerbiũ.

Aesopi apo-
logus.

Prouerbiũ.

Mantica.

lus scor-

lus scorteus sarcinulis ferendis aptus. Luālius, Mantica anterij costas grauitate premebat. Vettidi.) Vettidium posuit pro uiro diuite & locuplete. Curibus.) Cures urbs quondam Sabinorum insignis, nunc autem uiculus. Quantū non miluus oberret.)

Prouerbiū. Prouerbialis est hyperbole, de homine supra modum locuplete, cui tantū sit agrorū, quātū nec miluus peruolet. Hoc imitatus Iuuenalis, Tot miluis, inquit, intra tua pasua lassis. Dijs iratis.) Sic Terent. Ne scio, nisi Deos iratos fuisse mihi satis scio, qui auscultauerim ei. Idem, Mihi usu uenit hoc scio, Memini relinqui me, Deo irato meo. Horatius, Immeritusq; laborat Iratis natus paries dijs, atque poētis. Genio sinistro.) Id est, nature Deo, parum propicio. Auarus enim diatur genium defraudare. Genius malus prouerbialiter diatur pro dæmone aduerso, & infortunium adferenti. Qui quandoq; iugum.) Qui ita avarus est, ut arando etiam in compitis aratrum figat, atque aliquam partem attrite uie aratione comminuat. Sunt qui ad compitalia referētes, dicant eum ita auarum esse, ut cū compitalia sacra fierent, ceteris feriatis, ipse antequam ad sacra pergeret, terram araret, atque subinde cum bobus & aratro ad sacrificium post arationem accederet. Possumus & hunc sensum elicere, Qui quandoq; iugū pertusa ad compita figit, id est, qui aliquādo boues suos figit ad cōpita perfracta, ut ibi pascantur qualicūq; gramine ex uia publica, quò parcat pabulo suo. Non placet eorum

rum

rum expositio, qui quandoque duas dictiunculas faciunt, omnem adimentes poëtae elegantiam: qui si id uoluisset, non que superuacuum posuisset, sed ita potuisset multò rectiùs dicere, Qui si quando iugum & c. Hoc bene sit.) Græcè καλῶς ἔσω. Bene sit, In quosdam
exposito-
res.
omnis uox est, qua utebantur rem quampiam nouã & arduam auspicantes. Hic per ironiam posuit de re ridicula, nulliùsque momenti, perinde quasi maxima. Prouerbiù.

Nouem uersus, quos de industria Murmellius hinc omiserat, ne pudicæ iuuentutis aures, inquit, fœdis uitijs offenderentur, in suum locum restituimus, ut & ijs satisfaceret, qui negant hinc satis esse causæ ad mutilandum tam sanctum authorem.

At si vnctus cesses, & figas in cute solem,
Est propè te ignotus cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores, penemq; , arcanaq; lumbi
Runcantem, populo marcètes pandere vuluas.
Tu cum maxillis balanatum gausape pectas,
Inguinibus quare detonsus gurgulio extat?
Quinque palestritæ licet hæc plantaria vellât,
Elixasq; nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen ista filix vllò mansuescit aratro.

Cædimus, inq; vicem præbemus crura sagittis.
Viuitur hoc pacto, sic nouimus, ilia subter

Cæcum

Cæcum vulnus habes, sed lato balteus auro
 Protegit: ut maus, da verba, & decipe neruos,
 Si potes: egregium cum me vicinia dicat,
 Non credam? viso si palles improbe nummo,
 Si facis in penem quicquid tibi venit amarū,
 Si puteal multa cautus vibice flagellas,
 Nequiquam populo bibulas donaueris aures.
 Respue quod non es, tollat sua munera cerdo,
 Tecū habita, & noris quæ sit tibi curta supellex.

Ecphrasis.

*Viāsim carpimus, & carpimur, Mortalium uita
 hoc modo agitur ita uiuere didicimus. Habes ocul-
 tum uulnus subter ilia, sed balteus lati auri protegit
 id, quo minus uideatur: age ut maus, da uerba, & fal-
 le uires tuas, si potes. Irritatus his uerbis gloriosus
 homo, An, inquit, non credam me esse uirum egre-
 gum, cum uicini me talem prædicent? Respōdet Poë-
 ta, O improbe, si palles uisa pecunia, si facis quicquid
 libido amarulenta tibi imperauit, si cautus grauibus
 usuris debitores affligis, frustra applicaueris uulgo
 aures, assentationum captatrices. Respue, & ne assu-
 me tibi id quod non es. Auferat assentator suas adu-
 lationes. Domi tuæ uiue, & cognosce quā diminu-
 ta supellex sit tibi, quamquæ multa desint.*

Prouerbiū.

SCHOLIA.

*Cædimus.) Commune mortaliū uitiū esse dicit, ut
 alius aliū reprehendat. Est autē hic uersus prouer-
 bialis,*

bialis, cuius hæc est sententia, Vicissim carpimus & carpimur, ridemus & ridemur, mordemus & mormur, ledimus & ledimur. Sumptum autem est à re militari. Horatius in Epistolis, Cædimur & totidem plagis consumimus hostem. Sed lato balteus auro Protegit.) Sed hoc tuum sælus ab opibus tegitur. Quia uerò Ilia dixit, ideò balteo tegi subiūxit. Nam balteus cinguli militaris genus, cūm latū sit, ilia ipsa operit, quæ sub lateribus supra coxendices sita sunt. Balteus per t exile scribendum est. Da uerba. (Sicut miles uulneratus, aliorum aspectum, dissimulato uulnere, fallere quidem potest, neruos autem & uires suas decipere non potest, quibus uulneris dolor est detrimento, ita uitiosus homo uulgum decipere facile potest, occultando uitia sua, sed suam ipsius cōscientiam fallere non potest. In penem amarum.) Ab effectu, quia multarum amaritudinum causa est, uenerea libido. Venit.) Præteritum est à uenio, non à ueneo. Falluntur enim qui nodum in scirpo quærentes accipiunt pro uenditur. Puteal.) Locis Rome fuit ad quem conueniebant fceneratores, uel tribunal Prætoris. Sensus est, Si grauis & molestus es debitoribus, dum usuras exigis, & cogis eos ad solutionem. Vibice. Vibex est signum, quod relinquit scutica, dicta quòd ui fiat. Cerdo.) Vilis homo, lucrū sectans, qui artes illiberales exercet: κέρσ & enim lucrum significat. Aut, quod non minus placet, cerdo dicitur fraudulētus assentator, ab eo, quod græcè

Balteus.

Puteal.

Vibex.

Cerdo.

cè κερδὸν uulpes dicitur, ut alludat ad Aesopi apolo-
 logum de uulpe & coruo, quem refert Apuleius in
 floridis. Assentator enim dum maximè blanditur, ten-
 dit insidias & fraudem struit. Te cum habita.) Id
 est, tu apte supellectile te metire, ac tuis ipsius malis,
 Prouerbiū. bonisue te ipsum expende. Translatum ab ijs qui in
 principum familijs agunt, & ex alienis opibus,
 perinde quasi suis, intumescent: quibus si domi
 uiuendum sit, uix salinū habeant, quod
 apponant. Homerus, Aedi-
 bus in nostris quæ pra-
 ua aut recta
 gerantur.

Argu-

ARGUMENTVM IN QVINTAM
Satyram.*Cornutum laudans aperit penultima seruos.*

Satyra quinta.



Atibus hic mos est, centum sibi
poscere voces,

Centum ora, & linguas optare
in carmina centum.

Fabula seu mœsto ponatur hian
da tragœdo,

Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrū.

Quorsum hæc? aut quantas robusti caminis
offas

Ingeris, vt par sit centeno gutture niti?

Grande locuturi, nebulas Helicone legunto.

Si quibus aut Prognēs, aut si quibus olla Thy-
estæ

Feruebit, sæpe infulso coenanda Glyconi.

Tu neq; anhelanti, coquitur dū massa camino,

Folle premis vētos: nec clauso murmure rauc²,

Nescio quid tecum graue cornicaris inepte:

Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas.

Verba togæ sequeris, iunctura callidus acri,

Ore teris modico, pallentes radere mores

Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Hinc trahere quæ dicas, mēsaq; relique Mycenis

Cum

Cum capite & pedibus, plebeiaq; prædia noris.

Ecphrasis.

Hic mos est Poëtis, ut poscant sibi centum uoces
 & centum ora, & optent centum linguas ad compo-
 nenda carmina, siue tragœdia scribatur aperto ore
 proferenda ab histrione, tristem uultum præferenti:
 siue heroica materia de prælijs Parthorum uulnera-
 torum, & ferream cuspidẽ ab inguine educentium.
 Cornutus Persij præceptor hæc audiens admirãsq;
 eum interrogat, Quorsum hæc dicis? aut quantos tu-
 mores robusti carminis ingeris, ut æquum sit centum
 uocibus ad cantandum contendere? Descripturi res
 grandes colligant nebulas ex Helicone, & inanem
 Musarum opem inuocent, si qui tragœdias composi-
 turi sunt de Progne, quæ marito, filij coëti carnes e-
 dendas apposuit, aut de Thyesta, cui Atreus frater fi-
 lium deuorandum dedit, recitandas sæpe ab insulso
 Glycone: Tu neq; premis anhelanti folle uentos, dum
 ferrũ igni coquitur in fornacẽ, nec raucus clauso mur-
 mure, more cornicum garris inepte tecum graue ne-
 scio quid: Nec intendis rumpere buas tumidas sclo-
 po. Sequeris uerba paci & foro conuenientia, & a-
 cutus concinna uersuum compositione scribis ore mo-
 dico, doctus carpere uitia, pallidos homines facien-
 tia, & notare liberali ioco culpam. Deprome hinc
 quæ dicas, & relinque Myænis mensam cum capite
 & pedibus, ac cognosce plebeia conuiuia.

SCHO-

SCHOLIA.

Vatibus hic mos est. Hæc Satyra tendit primùm in laudes Cornuti præceptoris, deinde varios hominum mores ostendens, quæ sit uera libertas, docet.

Centeno gutture.) Centum gutturibus. Tu neque anbelanti.) Imitatio est Horatij, At tu conclusas hirinis follibus auras, vsque laborantes, dum ferrum molliat ignis, Vt mauis imitare. Est autem sumptum à fabris ferrarijs. Cornicaris.) Cornicari est cornicum more garrere, quæ ueluti strangulatam uocem emittunt. Sclopo.) Sclopus est sonus, qui emittitur è buccis, spiritu inflatis. Mycenis.) Mycenæ urbs Laconia, in qua Atreus Thyestæ fratri filium apposuit comedendum.

Cornicari.
Prouerbiũ.
Sclopus.
Mycenæ.

Non equidẽ hoc studeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo.
Secreti loquimur, tibi nunc, hortate camœna,
Excutienda damus præcordia, quantaq; nostræ
Pars tua sit Cornute animæ, tibi dulcis amice
Ostendisse iuuat: pulsa, dignoscere cautus,
Quid solidum crepet, & piæ tectoria lingue.
Hic ego centenas ausim deposcere voces,
Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
Voce trahã pura, totumq; hoc verba resignet,
Quod latet arcana non enarrabile fibra.

Ecphrasis.

H

Respon-

Respondet Persius Cornuto præceptori, Non equidem hoc studeo, ut liber idoneus addere rei leuissimæ, qualis est funus, pondus & grauitatem, intumescat mihi bullatis nugis, & præturgidis quidē, sed inanibus fabulis. Tu mi præceptor & ego, secreti, & sine arbitris loquimur. Offerimus nunc tibi animum nostrū examinandum, idq; Musa inatante, & ô Cornute dulcis amice, iuuat me ostendere tibi, quanta pars animæ meæ sit tua: pulsa, & inquire, ut qui cautus es, & peritus discernere, quæ uerba proficiantur ex integra mente, & quæ ex adulatricis lingue prætextu. Ego ausim hîc optare centum uoces ut depromam pura & fideli uoce, quantum infixi te mihi in pectore meo, amoris gratiæq; apad, & ut uerba mea detegant hoc totum, quod non enarrabile reconditum est in intimis cordis mei penetralibus.

SCHOLIA.

Prouerbiū.

Bullatus.

His ostendit Persius, quantum gratiæ pius discipulus præceptori debeat, à quo bonis moribus, & philosophiæ studijs institutus est. Bullatis nugis.) Id est, inani perstreptentium uocum congerie, in quibus nihil subsit solidioris sententiæ. Horatius in arte Poëtica, Nugas canoras uocauit. Bullata dicuntur uentosa atque inania, sumpta metaphora à bullis, quæ in aqua repente apparent, repētè euanescent. Pulsa.) Id est, explora, et inquire. Metaphora est, ab his sumpta, qui pulsando fistilia explorāt, quorū sonus surdus est, si rimosa sunt: si uerò solida, acutus. Tectoria.)

ria.) Prætextus & fucus. Tectorium incrustatio est, Tectorium.
 quæ ex calæ uel gypso parietibus superinducitur solet.
 Plinius, Nulla in Apellis tectorijs pictura erat, non-
 dum libebat parietes totos pingere. Nomen habet à
 tegendo. Metaphora igitur sumpta est à parietibus,
 qui etsi ueteres sunt, tectorio tamen inducto noui ui-
 dentur, maxime si picturæ decor accedat, Hunc locum
 diuus Aurelius August. Volusiano scribens, imitatus
 est: Hortor, ut ualeo, ut literarum uerè certèq; san-
 ctarum studio te curam non pigeat impendere. Syn-
 æra enim & solida res est, nec fucatis eloquijs ambit
 ad animum, nec ullo linguæ tectorio inane aliquid ac-
 pendicium crepitat. Sinuoso in pectore.) Plinius
 in Epistolis, Vita hominum altos recessus, magnasq;
 latebras habet.

Cùm primū puido custos mihi purpura cessit,
 Bullaq; succinctis laribus donata pependit:
 Cùm blandi comites totaq; impune Suburra
 Permisit sparsisse oculos iam candidus umbo:
 Cumq; iter ambiguū est, & vitæ nescius error
 Diducit trepidas ramosa in compita mentes,
 Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos
 Socratico Cornute sinu, tunc fallere solers
 Apposita intortos extendit regula mores,
 Et premitur ratione animus, vinciq; laborat,
 Artificemq; tuo ducit sub pollice vultum,
 Tecum etenim lōgos memini cōsumere soles,

H ii Et

Et tecum primas epulis decerpere noctes,
 Vnū opus & requiē pariter disponimus ambo,
 Atque verecunda laxamus serua mensa.
 Nō equidē hoc dubites, amborū fœdere certo
 Consentire dies, & ab vno sydere duci,
 Nostra vel æquali suspendit tempora libra
 Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora
 Diuidit in geminos concordia fata duorum,
 Saturnumq; grauē nostro Ioue frangimus vnā,
 Nescio q̄, certē est, qđ me tibi tēperat astrum.

Ecphrasis.

Cū primū prætexta à me pavidò, & sub custodia imperio constituto deposita est, & bulla donata laribus, qui caninis induti pellibus, eas succingunt, pependit: cū blandi comites, & pura uirilisque toga induta, iam permisserunt me uagari licenter per totā Suburram, & cū iter incertū est, & error nescius ueræ uitæ diducit animos ambiguos in locum ubi diuersis uis coeuntibus, uariæ capiuntur deliberationes, ô Cornute supposui me tibi, tu suscipis adulescentiam meam philosophico sinu. Tunc moderatio & doctrina tua discipulos ad honesta studia dolis illicere callida, mihi applicata, corrigit et emendat prauos mores, & appetitus ratione cohibetur, ac non sine labore à turpibus auocatur, artificiosamq; imaginē ex tua informatione accipit. Etenim memini me tecum transegisse longos dies, & decerpisse tecum
 epulis

epulis primas noctium partes. Ambo simul, & eadem operi intendimus & requiesamus, seuerioribusq; interdum studijs ad mensam depositis, iocos & sales modestè inspergimus. Non equidem dubites hoc, dies amborum conuenire certa conditione, & duà ab uno sydere: siue Parca tenax ueri, suspendit tempora nostra æquali libra, siue hora apta fidis, qui nascuntur, efficiendis, digerit in geminos uitam nostrã concordem ex fatis pendentem, & Saturni molestiam, Iouis nobis propitij prosperitate simul temperamus. Certè sydus aliquod est, quod me concordẽ tibi faciat, quod autem sit, nescio.

SCHOLIA.

Cum primũm pauido.) Postquã ex ephebis discessi, me tibi coniunxi, tuamq; institutionẽ secutus sum, Custos purpura.) Prætextam significat, quæ simul cum bulla in usu in nobilium puerorum usurpata est.

Laribus donata.) Generosi adulescentes, pueritiæ annos egressi, auream bullam laribus suspendebant.

Horatius in Sermonibus, Donasset ianue catenam, Ex uoto laribus, quærebat. Suburra.) Hæc regio

Suburra.

Romæ fuit celebratissima, in qua meretrices habitabant. Umbo) Umbonem esse median clypei partẽ

Umbo.

eminentiorem, & pro scuto interdum accipi docent grammatici, & sciunt omnes. Papinius, Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo: Hic autem accipitur pro ueste, qua adulescētuli die tyrociniij induebantur, quam Marcus Tullius & Plinius togam puram à cã

Hij

dore

dore nuncupant, cuius & Sidonius fecit mentionem.

Equidem.

Ducit sub pollice uultum,) Metaphora sumpta ab his qui cereas imagines formant. Iuuenalis, Ut mores teneros ceu pollice ducat, Ut si quis cera uultum facit. Non equidē hoc dubites.) Equidē pro quidē posuit, cum equidem ferē iungatur uerbo primæ personæ, sed eruditē nunc ad Cornutum (quem alterum se significat) loquens, equidem dubites dixit, quasi diceret, Nec ego quidē hoc dubitē, nec tu qui es alter ego, hoc dubites, uitam utriusque nostrum consentire certo fœdere. Nostra uel æquali.) Siue, inquit, sub libra, siue sub geminis, & quocunque alio sydere nati sumus, hoc unum constat, nos cuiuspiam syderis beneficio, pari morum qualitate coniungi, & eiusdem esse uoluntatis.

Mille hominum species, & rerū discolor usus.
 Velle suum cuique est, nec voto uiuitur vno.
 Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti,
 Rugosum piper, & pallentis grana cumini:
 Hic satur, irriguo mauult turgescere somno:
 Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille
 In Venerem putris, sed cum lapidosa chiragra
 Fregerit articulos, veteris ramalia fagi,
 Tunc crassos transisse dies, lucemq; palustrem,
 Et sibi iam seri vitam ingemuere relictam.
 At te nocturnis iuuat impallefcere chartis:
 Cultor enim iuuenum, purgatas inseris aures
 Fruge

Fruge Cleantea, petite hinc iuuenesq; senesq;
 Finem animo certum, miserisq; viatica canis:
 Cras hoc fiet, idem cras fiet, quid? quasi magnū
 Nempe diem donas? sed cū lux altera venit,
 Iam cras hesternū cōsumpsimus, ecce aliud cras
 Egerit hos annos, & semper paulum erit vltra
 Nam quanuis prope te, quāuis temone sub vno
 Vertentem sese, frustra sectabere canthum,
 Cum rota posterior curras, & in axe secundo.

Ecphrasis.

Mille sunt hominum formæ, & dissimilis est rerum usus. Sua cuique uoluntas est, nec uno uoto uiuitur. Hic in oriente merces Italicas dat pro rugoso pipere, & granis cumini pallidos facientes. Alius satur mauult pinguescere somno, quo uelut riuo irrigatur: alius uacat lusibus campestribus: alium reddit alea soliatum: alius ita rei ueneræ dat operam, ut eius uires resoluantur. Verū postquā nodosa chiragra fregerit articulos, manus & brachia corporis senio confecti, tunc serò dolentes queruntur, in rerum ignoratione, tanquā in tenebris, & in omni luxuriæ genere, ueluti in paludibus, ac cœno se uixisse, atque uitam miserabilem morborumq; plenam, sibi relictam ingemiscunt. At delectat te ad pallorē usque inuigilare libris, quos & noctibus euoluis. Tu enim eruditor iuuenum, repleas aures eorum uitijs expurgatorum bene attentas, philosophia stoica. O iu

H iij uenes

uenes & senes petite ex hac certum finem animo, et
 uiatica ad senectutem, miseram alioqui futuram. Lo-
 quitur iam desidiosus procrastinator: Hoc fiet cras,
 hodie quidem uoluptatibus indulgebo, cras autē phi-
 losophiæ studijs iucumbere incipiam. Persius, Idem
 quod hodie à te fit, cras fiet. Desidiosus, Quid ais?
 nempe concedis ne mihi ægrè diem unum, quasi qui p-
 piam magnum? Respondet Persius, Sed cū lux al-
 tera uenit, iam cōsumpsimus cras hesternū, ecce aliud
 cras euacuat hos annos uitæ nostræ, & erit ultrà, di-
 stabitq; semper aliquantulum à nobis, ita ut nunquā
 contingere possimus. Nam sectaberis frustra canthū
 uertentem sese, quanuis prope te, quanuis sub uno te-
 mone, cū currendo sis rota posterior, & in axe se-
 cundo.

S C H O L I A.

Proverbiū.

Mille hominum species.) Diuersa mortalium stu-
 dia esse ostendens, Cornutum philosophari dicit, &
 sapientiæ amore duci, cui non nisi qui libero animo
 sit, uacare possit. Terentius in Phormione, Quot ho-
 mines, tot sententiæ, suus cuique mos est. Horatius in
 Sermonibus, Quot capitum uiuunt, totidem studio-
 rum millia. Plinius Iunior Epistolarum lib. 1. Varia
 sunt hominum iudicia, uariæ uoluntates. Mercibus
 hic Italis.) Horatium imitatur dicentem, Hic mutat
 merces surgente à sole, ad eum quo Vespertino te-
 pet regio. Cumini pallentis. Eò quòd pallorem bi-
 bentibus gignat. Horatius, Quod si pallerem casu,
 bibe-

biberent exangue cuminū. Irriguo.) Irriguum som Irriguus.
num dixit, quòd membra in riui morem campos præ-
terlabentis irrigat. Maro, Fessos sopor irrigat artus
Irriguus teste Seruio dicitur, qui irrigat, & qui irri-
gatur. Vergilius, Irriguumq; bibant uiolaria fontem.

Hic campo indulget.) Obiter inania uitiosaq; stu-
dia, pecuniæ, somni, campestrium lusionum, aleæ, Ve-
neris taxat, ut eo laudabilius sit studium Cornuti.

Chiragra.) Græcè χερσάγρα, morbus articularis **Chiragra.**
manuum, sic dicta, quòd χεῖρας, id est, manus, &-
γρῆν, id est, capit. Huius dictionis prima cum apud
Græcos diphthongo produatur, apud Latinos ta-
men nonnunquam corripitur, ut hoc loco, & apud
Horatium libro Sermonum secundo, Postquam illi
iusta chiragra Contudit articulos. Item apud Mar-
tialem, Litigat, & podagra Diodorus Flaccæ labo-
rat, Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

Ramalia.) Manus, brachia, & pedes, quæ per trās-
lationem, rami corporis dicuntur Fagi.) Permanet
in Metaphora. Impallescere.) Nimio enim studio
pallor contrahitur. Iuuenalis, Tunc utile multis Pal-
lere, & toto uinum nescire Decembri. Cultor.) **Cultor.**
Doctor. Philosophia enim est quasi cultura animi.
Cicero Tusculanarum questionum lib. 2. Cultura au-
tem animi philosophia est, quæ extrahit uitia radi-
citus, & preparat animos ad satus accipiendos, eaq;
mandat his, & (ut ita dicam) serit, quæ adulta fru-
ctus uberrimos ferant. Purgatas aures.) Id est, ui-
tijs

tijs extirpatis liberatas. Hierocles, Sapiencie stu-
 dium est, quod in purgatione & perfectione huma-
 nae uitae uersatur. Purgamur enim per philosophiam,
 à nostra terrena ignorantia, & mortalis corporis
 specie. Per philosophiã quoq; ad perfectionem ueni-
 mus, qua proprium & innatum nobis uigorem assu-
 mentes, ad similitudinem Dei traducimur. Dicun-
 tur & purgatæ aures prouerbialiter, pro attentis et
 uacuis. Horatius in Epistolis: Est, mihi purgatam cre-
 bro qui personat aurem. Plautus, Per purgatis ambo
 damus tibi operam auribus. Inseris fruge.) Venustè
 perstat in metaphora. Cleantea) Cleantes philoso-
 phus fuit, Zenonis successor in Stoica disciplina, qua
 cum primis eruditus fuit Cornutus. Viatica.) Re-
 fertur à Diogene Laërtio utilissimum Biantis præ-
 ceptum, Viaticum tibi ab adolescentia ad senectutem
 sapientiam, compara. Ea quippe sola est certa ueraq;
 possessio. Nam quamuis prope te.) Optima similitu-
 do à curru translata. Quamuis enim, inquit, te cras
 inchoaturum semper dicas, nunquã tamen inapies,
 quemadmodum euenit in quadrigis, in quibus secun-
 di axis rota licet priori semper instet, eam tamen
 nunquam assequitur. Canthum.) Canthus est ferrũ,
 quo rotæ extremitates uinciuntur. In axe secun-
 do.) Quadrigæ duos rotarum ordines cum habeãt,
 duplici quoque axe uertuntur. Axis uerò stipes te-
 res est, circa quem rota uersatur.

Liber-

Libertate opus est, nō hac, qua, vt quisq; Velina
 Publius emeruit, scabrosum tesserula far
 Possidet: heu steriles veri, quibus vna Quiritē
 Vertigo facit: hic dama, est non cretensis agaso,
 Vappa, & lippus: & in tenui farragine mēdax?
 Verterit hunc dominus, momēto turbinis exit
 Marcus Dama: papę, Marco spondente recusas
 Credere tu nummos? Marco sub iudice palles?
 Marcus dixit ita est, Assigna Marce tabellas.
 Hęc mera libertas, hanc nobis pilea donant.
 An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
 Cui licet, vt voluit. licet, vt volo, viuere? nō sum
 Liberior Bruto? mendosē colligis, inquit
 Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto.
 Hęc reliqua accipio, licet vt volo viuere tolle.

Ecphrasis.

Opus est libertate, non hac, per quam quisque,
 postquam seruire destitit, accepto Publij pręno-
 mine, possidet Velina tesserula scabrosum far, sed a-
 nimi libertate. Heu ignari ueritatis, quibus una uer-
 tigo facit auem Romanum. Hic Dama, est agaso, nō
 trium assium, nugator, & lippus, & mendax in re
 minima. Si dominus circumegerit hunc, euadit mo-
 mento uertiginis Marcus Dama. Papę, tu recusas cre-
 dere alijs nummos, Marco se sponforē interponente?
 palles & times sub Marco iudicę causa tua prudente?
 & si Marcus dixit, ita est, tu non adhibens uerbis
 eius fidem, respōdes, Marce assigna tabellas, & doce
istud

istud ita esse? Hæc est mera libertas, pilea donant nobis hanc. Ironiçs autem hoc pronuntiandum est. Marcus Dama, An quisquam alius est liber, nisi is, cui licet uiuere ut uoluit? Licet autem mihi uiuere ut uolo, nõne igitur sum liberior Bruto? Stoicus habes aurem lotam mordaci aceto, beneq; purgatam, ac eruditam, inquit tunc, Falsè argumentaris. Admitto hæc reliqua, non admitto istud quod inquis, licet ut uolo uiuere.

S C H O L I A.

Libertate opus est.) Ad certum animi finem consequendum, recteq; philosophandum, libertate animi opus esse demonstrat. Velina tesserula. Serui enim accepta libertate, Quirites facti, in tribus distribuebantur, & frumentum publicè datum, exhibita tessera, accipiebant. Velina tribus dicta est à Velia, colle urbis. Publius.) Publius, Lucius, Caius, Marcus et id genus alia, prænomena sunt quæ seruis indere nõ licebat, antequàm manumitterentur, & ciues fierent.

Scabrosum.) Asperum, scabrũ: legitur & scabiosum. Tesserula.) Signo quo frumentum accipiebant.

Vertigo.) Circumactio. Seruus enim cum manumittebatur à domino, imposita eius capiti manu uertebatur, ut ostenderetur licere iam ipsi pro suo arbitrio quorsum uellet moueri. Seneca in octaua primi libri ad Lucilium epistola, Philosophia, inquit, seruias oportet, ut tibi contingat uera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subiecit, & tradidit, sta-

tina

Velina.

Velia.

Publius.

Marcus.

Tesserula.

Vertigo.

tim circumagitur. Hoc enim ipsum, philosophiæ seruire, libertas est. Circumagitur, hoc est, manumittitur liberaturq; . Dama.) Nomen serui nequissimi: Dama. ex Horatio sumptum. Non tressis.) Non trium as- Prouerbiũ. sinm, id est, cõtemptissimus: homo nõ tressis dicitur, Tressis. abiectissim⁹ quasi nõ trib⁹ assibus æstimãdus. Assem Assis. dixerunt ærei nũmuli genus. Agaso.) Qui iumen- Agaso. torum curandorum curam habet. Vappa.) Pro- Vappa. priè uinum, quod iterum sponte deferbuit, saporẽq; amisit: accipitur pro uili & inertì homine. Lip- pus.) uitiosus: à corpore transfertur ad animum.

Turbinis.) Hæc est antiqua & uera lectio, tametsi Turbo. uulgo, temporis, legatur. Turbinem autem metaphoricõs appellat, quam uertiginem supra dixit, quòd seruus à domino ad turbinis similitudinem uertebatur, circumagebaturq; . Hæc mera libertas.) Ironia est. Pilea.) Serui cùm manumittebãtur, in templo Pileum. Feroniæ, quæ libertorum dea perhibebatur, raso ca- Feronia. pite pileum accipiebant. Ad pileum uocare, prouer- Prouerbiũ. bialiter dicitur, pro eo quod est, ad libertatem inuitare. Macrobius libro Saturnalium primo, Dicet aliquis, nunc me dominos de fastigio suo deicere, & quodammodò ad pileum seruos uocare. Suetonius, Seruisq; ad pileum frustra uocatis, in Siciliam profugit. Videtur autem pileum priscis insigne fuisse uirtutis spectatæ, ut hinc fluxerit mos, ut qui magistri, doctorisq; titulo decorantur, pileum accipiant. An quisquam est alius liber.) Omnes syllogismi partes comple-

*Libertas.
Brutus.*

complexus est, qui constat ex propositione, assumptione & illatione, quam plerique conclusionem uocant. Utitur etiam loco dialectico, qui dicitur à definitione. *Libertas enim est potestas uiuendi ut uelis: uel, Libertas est uitæ dominium. Bruto.)* Hic expulsis urbe tyrannis, uindex fuit Romanæ libertatis. *Licet ut uolo uiuere tolle.)* Assumptionem nõ probat, qua ille asserebat licere sibi ut uellet, uiuere. Ostendit autem neminem uiuere ut uult, præter eum qui recta sequitur, & cui uiuendi uia considerata atq; prouisa sit.

Vindicta postquam meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcūq; uoluntas?
Excepto, quod Mansuri rubrica notauit?
Disce, sed ira cadat naso, rugosaq; fanna,
Dum veteres auias tibi de pulmone reuello.
Non prætoris erit stultis dare tenuia rerum
Officia, atq; usum rapidæ permittere vitæ.
Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Stat contrà ratio, & secretam gannit in aurem.
Ne liceat facere id, quod quis vitiauit agendo.
Publica lex hominū, naturaq; continet hoc fas,
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis elleborum, certo compescere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi
Nauim si poscat sibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse

Fron-

Frontem de rebus: tibi recto viuere talo
 Ars dedit, & veri speciem dignoscere calles,
 Ne qua subærato mendosum tinniat auro:
 Quæq; sequēda forent, quæq; euitāda vicissim,
 Illa prius cretâ, mox hæc carbone notasti.
 Es modicus voti, pressio lare, dulcis amicis.
 Iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes,
 Inq; luto fixum possis transcendere nummum,
 Nec gluto sorbere saliuam Mercurialem.
 Hæc mea sunt, teneo, cum verè dixeris, esto
 Liberq; ac sapiens, Prætoribus, ac Ioue dextro,
 Sin tu (cum fueris nostræ pauloantè farinae)
 Pelliculam veterem retines, & fronte politus,
 Astutam vapido seruas sub pectore vulpem,
 Quæ dederam suprâ, repeto, funemq; reduco.
 Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas.
 Ecquid tam paruū est? sed nullo thure litabis,
 Hæreat in stultis breuis vt semuncia recti.
 Hæc miscere nefas, nec, cum sis cætera fossor,
 Treis tantum ad numeros Satyri moueare Ba-
 thylli:
 Liber ego: vnde datum hoc sumis, tot subdite
 rebus
 An dominum ignoras, nisi quem vindicta re-
 laxat.

Ecphrasis.

Marcus Damas, Postquam me liberum vindicta

Præ-

Prætor fecit, cur mihi non liceat facere quodcunque uolui, his exceptis, quæ leges monent non esse faciendâ? Poëta, Discæ quæ sit uera libertas sed ira de adat naso tuo, & rugosa sanna, dum extraho tibi de pulmone anilia deliramenta, quæ diu tenuisti. Non erit prætoris dare stultis subtilia officia rerum, & acuta sapientiæ præcepta? atque permittere, ut celeris uita suo utatur arbitrio. Citiùs fieri poterit, ut prælongus calo sambucam aptè intendat, quàm ut Prætor stultum hominem officijs instituat, & uerè liberũ faciat. Ratio stat contra te, & clamat in aurem secretam, Ne liceat facere id, quod quis dum agit, uitiosè agit. Publica hominum lege & naturali, hoc fas constitutum est, ut etiam inscij ac rudes, à quibus debeant abstinere, cognoscant. Vis temperare elleborum, ne scies iustum pondus adhibere? ars medianæ non permittit hoc. Si rusticus perone calcæatus, luâferum non cognoscens, uelit gubernare nauum, Melicerta exclamet, nihil loâ reliquum esse pudori. Si uirtus dedit tibi uiuere recta ratione, & sis discernere à uerò, ueri apparentiam, ne qua species ueri auri, tinnitu te fallat, cum sit aurum subæratum, & si signasti prius cretâ, quæ essent amplectenda, et mox carbone, quæ forent è diuerso euitanda. Si es appetitu moderato, humili domo contentus, iucundus amicis, ita ut aliquando parsimonia, aliquãdo liberalitate utaris, & possis transcendere, contemnereq; nummum à pueris in luto fixum, nec cum magna mentis anxietate lucro inhiare.

inhiare, quæ admodum gulosus saporas epulas appetenter absument. Cum dixeris uerè, hæc officia mea sunt, et obseruo ea, tum sis & liber & sapiens, humano diuinoque iure concedentibus. At si tu retinens ueterem pelliculam, cum fueris paulo ante nostræ farine, & præ te ferens boni uiri speciem, intrinsecus es fraudulentus repeto ea quæ dederam tibi supra sapientiam & libertatem, & uinculis seruitutis iterum te astringo. Ratio nihil tibi concessit, exere digitum, & iam peccas. Dama, Num quid tam paruum est, quam recte digitum exerere? Poëta, Sed tamen si minimum sit istud, tamen nullo sacrificio à dijs impetrabis, ut breuis semundia rectæ rationis sit in stultis. Misere enim sapientiã cum stultitia nefas est. Et non possis saltare ad tres tantum numeros Bathylli saltatoris, cum sis fossor per cætera. Dama, Ego sum liber. Poëta, Cum tot uitijis subiectus sis, unde tibi libertatem audes assumere? An non existimas alium dominum tibi esse præter eum, à quo te Prætor liberauit?

SCHOLIA.

Vindicta.) Virga est, qua serui tacti à Prætoribus, Vindicta, in libertatem asserebantur. Dicta est autem à Vindictio seruo, qui coniuratos, uolentes in urbem recipere Tarquinius, prodidit, authore Liuius, præmiũ in dia pecunia ex ærario, libertas, & ciuitas data. Ille primum dicitur uindictâ liberatus. Prisaanus de constructione scribens, uindictam accipit hoc loco pro liberatione. Meus.) Mei iuris. Excepto quod Mansu-

I ri ru-

In gramma-
tistas.

suri rubrica notauit.) Ita hic uersus est legendus, & legitur in antiquissimis codicibus, ut Marinus Scodrensis testatur. Stultè igitur quidam literatores, ex hoc uersu conantur ostendere, Veto facere etiam præteritura uetaui, quod si uerum esset, nequaquam tacuisset

Mansurius.

Priscianus, qui ut alios poëtas, ita & Persium diligentissimè dispexit. Mansuri.) Mansurius secunda producta, cum apud Athenæum legatur *μανσόρι* & fuit eques Romanus tempore Tyberij, iurisconsultus non incelebris, qui publicè scripsit. Eius crebra

Prouerbiū.

mentio fit apud A. Gellium. Rubrica.) Titulus legis. Notauit.) Signauit, & uitandum admonuit.

Ira cadat naso.) A canibus sumptum uidetur, qui naribus in rugam contractis, iram demonstrant. Veteres auias.) Aniles opiniones. Anicularum deliramenta prouerbialiter dicuntur de nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire uetulae, cum iam sexus uitio,

Prouerbiū.

uitium ætatis accedens, nugacitatis morbum conduplicat. De pulmone reuello.) De pulmone reuellere, prouerbialiter significat stultam & arrogantem opinionem animo eximere. Philosophi, tumorem animi, fastumq; in pulmone collocant, unde *μεγαπνέειν* apud Græcos, id est, magnum spirare, & Persius Satyra. I. Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet. Tenuia, trium syllabarum in hoc metro est, u ex uocali facta consonante, nisi malis proceleusmaticū dare quintæ regioni. Vsum uite.)

Libertas.

Id est, libertatē. Nam ex Platonis doctrina, Libertas est uite dominiū, et affectio in possessione et usu rerū

minime parca. Sambucā citius.) Prouerb. uersus quo
 licebit uti, cum significabimus aliquē à disciplina per
 apienda, siue munere gerendo, nimis alienum esse.
 Si quidem sambuca organum est musicorum, quod
 haudquaquam congruat caloni. Calones autem uo-
 cantur militum ministri, qui uallos ac ligna gestitant,
 unde & nomen inditum autumant grammaticis. Por-
 rò cum milites sint imperiti musices, multò magis
 calones. Quamquàm potest non absurdè accipi de
 sambuca, militari machina, quæ ritu organi musica,
 chordis quibusdam intenditur. Ad hanc intendendā,
 haudquaquam idonei sunt calones, utpote stolidi &
 ob id ipsum, ad infima ministeria retrusi, quòd dis-
 cipline militaris prorsum rudes sint, & indoales:
 unde non à τῆς ἐμφασίης addidit alto, propterea
 quòd homines prælongi, etiam prouerbio uecordiæ
 notantur, ἄνευς ὁ μακρός, demens qui longus. Gan-
 nit in aurem.) Imitatio est illius Terentij in Phor-
 mione, Habet hæc & quod, dum uiuat, usque ad au-
 rem obganniat. Ne liceat.) Legitur & non liceat.

Prouerbiū.

Sambuca.
Calones.

Quod quis uitiauit agendo.) Vitiauit pro uitiat,
 præteritum pro præsentis posuit, tametsi in nōnul-
 lis codicibus Vitiabit futurum legatur. Prisciano au-
 thore, tam poëtæ, quàm prosarum scriptores fre-
 quenter præsentibus utuntur tam pro præteritis,
 quàm pro futuris: contrà autem, rarò. Terentius in
 Andria, Sed si quid narrare oæpi, continuo dari ti-
 bi uerba ænses, pro oæpio, uel oæpiam. Idem in Eu-

Prouerbiū.

Præteritum
pro præsen-
ti.

I ij nucho.

nucho, Quæ uera audiuit aeo, & contineo optumè:
 audiui pro audio, uel audiam. Publica lex.) Leges
 omnes, aut diuinæ, aut humanæ sunt: humanæ, mo-
 ribus: diuinæ, naturâ constant. Fas, lex diuina est:
 ius, humana. Ait ergo & humana diuina lege hoc
 constare, ut uitia fugiamus, neque per ignorantiam
 excusentur. Teneat.) Cognoscat. Insatia.) Multi-
 tudo indocta. Insatia debilis.) Eo quòd ignoran-
 tia, mortales imbecilles ac debiles contra cupiditates
 reddat. Diluis elleborum.) Similitudine probat, in-
 sapienti nõ licere, ut uelit, uiuere, neq; ei libertatẽ cõ-
 cedere quenquã posse, quemadmodũ medianæ ac na-
 uigationis imperito, neq; medicamentorũ confectio,
 neq; nauis gubernatio permittetur. Peronatus.) Pe-
 rone calceatus. Pero est calceamentũ rusticum. Verg.
 Crudus tegit altera pero. Meliarta.) Deus mari-
 nus. Frontem.) Pudorem, cui frons dicata est. Fron-
 tem aut faciem perfriuisse dicuntur, qui pudorem o-
 mnem dediderunt, uelut manu absterfo à uultu pu-
 dore. Caluus, Perfriat frontem, & dic te digniorem,
 qui Prætor fieres, quàm Catonem. Plinius in Præ-
 fat. Perfriat faciem, nec tamen proficiat. Effrons dia-
 tur inuerecundus. Persius imitatus uidetur illud Ho-
 ratij, Clament perijisse pudorẽ Cuncti penè patres.
 Recto uiuere talo.) Id est, recta uia & ratione,
 quod à talo, calcis osse, translatum est. Talis enim et
 cruribus non obtortis, recte inceditur. Ars.) Id est,
 uirtus. Augustino teste lib. de diuitat. Dei quarto, Ars
 ipsa bene recteq; uiuendi, uirtus à ueteribus definita

Peronatus.

Meliarta.
Prouerbiũ.

Effrons.

Talus.

Ars.

est. Vnde ab eo quod græcè ἀρετὴ dicitur uirtus, nomen artis Latinos traduxisse putauerunt. Subærato auro.) Cū es intus lateat, extrinsecus aurū uideatur: græcè ὑπόχαλκον χρυσίον, latinè subæratum aurum: prouerbialiter dicitur de re minimè sincera, sed aliud aspectibus offerenti, aliud intus clausum habenti. Creta.) Cretā notantur, bona, & quæ approbantur: carbone uerò, mala, quæq; damnantur. Pythagoras enim dicebat id quod esset colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Horatius in Satyris: Sani, an cretā, an carbone notandi. Inq; luto fixum.) De puerorum consuetudine tractum est, qui nummum funiculo annexum, in lutosam uiam iaciunt, ut si quis eum capiat, ad se retrahentes, illius auaritiæ illudant. Horatius in Epistolis, Quo melior seruo, quo liberior sit auarus, In triuijs fixū cū se demittit ob assem, Non uideo. Gluto.) A glutiendo, dicitur gulosus & uorax homo. Sorbere, ad nimiam gulositatem pertinet. Accidit autem gulosis, ut dum nimis auidè iucundos cibos sumant, etiā saliuam deglutiant, quam nunc pro lucri cupiditate, metaphoricōs ponit, cui Mercurius præest, unde et Mercurialem uocat. Horatius, Mercurier unus, Cum lucro noram, unde frequentia Mercuriale, Imposuere mihi cognomen compita, Non absurdè referuntur hæc ad ficos Mercuriales, quos iocō causā, nonnulli saliuā oblinebant, ut ludibrio essent, qui sublato auidè deuorent quemadmodum nonnulli pueris, ficam

Prouerbiū.

Gluto.

Ficus Mercurialis.

I iij

sapo-

- saponis refertum porrigentes, imponunt. Antiquitus autem mos erat, si ubi fias repertus fuisset, eum ueluti Mercurio sacrum suspendere, quem tollere licebat, cuiuslibet libitum fuisset. Ioue dextro.) Fauente, propitio, prospero. Nostræ farine.) Conditionis. Translatio est à panibus, qui cum eiusdem sint farine, eundem quoque saporem referunt: Si quis autem expurgatiore farina factus est, is est cæteris sapidior. Eiusdem igitur farine dicuntur, qui simili sunt ingenio, idemque sapiunt. Pelliculam ueterem.) Veteris uitij prætextum. Fronte politus.) Exteriori specie ornatus. Simile est illi prouerbio, Paries dealbatus. Astutam uulpem.) Fraudulentam. Nemo nescit uulpem animal esse fraudulentum, unde prouerbio dicitur, Benignior pellacæ ulpe, de eo, qui commodi sui causâ simulat beneuolentiam. Funemque reduco.) In seruitutem te redigo. Tractum à iumentis, quæ laxato fune, liberius uagantur. Bathylli.) Hic insignis pantomimus & saltator fuit. Sensus est, Quemadmodum fossores inepti, & agrestes homines, nulla in parte mimos imitari sciunt, ita uitij dediti nequeunt uti uirtutibus, nec quicquam sapientie stultis conceditur.
- I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer,
 Si increpuit, cessas nugator? seruitium acre
 Te nihil impellit? nec quicquam extrinsecus intrat
 Quod neruos agitet? sed si intus, & in iecore
 ægro

Naf-

Nascuntur domini, quî tu impunitior exis,
Atq; hic, quem ad strigiles scutica, & metus e-
git herilis?

Manè piger stertis, surge, inquit auaritia: eia,
Surge: negas, instat: surge, inquit: nō queo: surge,
En quid agam? rogitas? en saperdam aduehe
Ponto,

Castoreum, stuppas, hebenū, thus, lubrica Coa.
Tolle recens primus piper è sitiēte camelo.

Verte, aliqd, iura: sed Iuppiter audiet: heu heu
Vare regustatum digito terebrare salinum

Contentus, perages, si viuere cum Ioue tendis.

Iam pueris pellē succinct⁹, & œnophorū aptas

Ocyus ad nauem, nil obstat quin trabe vasta

Aegæum rapias, nisi solers luxuria antè

Seductū moneat, quò deinde insane ruis? quo?

Quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis

Intumuit, quam non extinxerit vrna cicutæ.

Tūn' mare transilias? tibi torta canabe fulto

Cœna sit in transtro? Veientanumq; rubellum

Exhalet vapida læsum pice sessilis obba?

Quid petis? vt nummi, quos hic quincunce mo-

desto

Nutrieras, peragant auidos sudore deunces?

Indulge Genio, carpamus dulcia, nostrum est

Quod viuis: cinis, & manes, & fabula fies.

Viue memor leti, fugit hora, hoc quod loquor,

inde est,

I iiii

En

En quid agis? duplici in diuersum scinderis
hamo.

Hūccine, an hunc sequeris? subeas alternus o-
portet

Ancipiti obsequio dominos, alternus oberres:

Nec tu cū obstiteris semel, instantiq; negaris

Parere imperio, rupi iam vincula dicas:

Nam luctata canis nodum arripit, attamen illi

Cū fugit, à collo trahitur pars longa catenæ.

Ecphrasis.

Si Dominus increpando dixit, serue uade, & de-
fer strigiles ad balnea Crispini: nugator, es tradus?
dura seruitus nihil perturbat animum tuum, nec ali-
quid intrat extrinsecus quod crudet mentem: sed si
domini nascuntur intus, & in iecore uitij corrupto,
quomodo tu euadis minus punitus, quam hic puer,
quē flagellū et metus domini impulit ad strigiles in
balnea deferendas? Tu piger dormis manē? auaritia
inquit, surge eia surge: si recusas surgere, instat, et in-
quit surge. Respondes tu piger, Non queo surgere.
Auaritia, surge. Piger, En quid agā? Auaritia, Qua-
risne quid agendum sit tibi? En aduehe ex Ponto sa-
perdam, castoreum, stupas, habenum, thus, Coa uina
uentrem laxantia. Tolle primus è sitibundo camelo
recens piper. Muta aliquid, iura. Piger, Sed si peie-
ra uero, Iuppiter audiet. Auaritia, Heu heu stulte, mi-
nusq; rectè sentiens, si uis uiuere ex deorum præ-
ptis,

ptis, perages uitam in magna rerum egestate, contentus terebrare digito salinum, iterum iterumq; gustatum. Poëta, iam succinctus aptas seruis tuis manticã, & uasculum uinarium. Curritur ocyus ad nauem, nihil obstat, quin raptim nauiges Aegæum mare, nisi cauta luxuria moneat prius te secretum, idq; mitioribus uerbis, deinde quasi uirili furore intumescens, quem urna acuta nõ extinxerit, increpet, Insane quò ruis? quò? quid tibi uis? Tū ne celeriter nauiges trans mare? nunquid cœna sit tibi fulco fune nautico in trãstro? & lata obba exhalet tibi uilissimum uinum uapida picæ corruptum? Cur petis, ut nummi, quos nutritieras hîc modesto lucro, perficiant tibi magno labore grandes summas, quibus partis fias auarior? Vaca uoluptati, fruamur dulcibus & iucundis, nobis debes quod uiuis, fies anis, umbra & fabula. Viue memor mortis, hora celeriter præterit, hõc temporis, quod loquendo cõsumo, est de ea. Poëta, En quid agis? sanderis duobus hamis in diuersum. Sequeris ne hunc dominum, an hunc? Oportet ut uiaßim seruiens incerto seruitio, modò subijdaris huic, modò illi, uiaßimq; dominis tuis apparens obedias. Et quanuis tu obstiteris semel, ac recusaueris obsequi instanti imperio, ne tamen dixeris, rupi iam uincula, & liber euasi. Quemadmodum nec canis, si catenæ nodũ luctando abruperit, quãuis fugiat, libera est, quia magnam partem catenæ à collo trahit, qua iterum paulopost capiatur: sic tu si semel atque iterum uitijs obstiteris,

stiteris, non propterea te ab eis liberum esse putes,
cum ab illis non multo post iterum illigeris.

S C H O L I A.

Strigilis.
Strigil.

En.

Saperda.

Castoreum.

Varus.

Proverbiū.

I puer.) Seruitutem corporis non tam grauem,
quam animi esse docet. Dicit enim: si quid ab hero fa-
cere iussus sis, hæc seruitus corporea nihil animum
tuum perturbat: at si animus tuus uitiorum seruitio
subiectus est, uehementius angeris, quam is, qui metu
uerberum hero paret. Strigiles.) Strigilis seu stri-
gil à stringendo, id est, radendo dicta, est instrumen-
tum ferreum, quo sudantes raduntur in balneis ad de-
tergendum sudorem. Manè piger stertis.) Lepidif-
simè inducit auaritiam & luxuriam, certatim homi-
nem ad se alliaentes. En quid?) En particula est in-
terrogatiua, sicut num: unde ecquis nunquis. Saper-
dam. (Saperda pisces mali saporis, græcè σαπιδ-
αίς. Sunt qui tradant esse genus conchæ parum bo-
ni saporis Castoreum.) Medicamentum est è testicu-
lis castoris, quod uulgus beuerissimum uocat, hoc abun-
dat Pontus, teste Vergilio. Vare regustatum digi-
to.) Varus dicitur, cui crura sunt introrsum intorta.
Transfertur hinc ad animum. Salino.) Salem linge-
re dicuntur, qui perquam tenuiter uictitant. Cali-
do sub pectore mascula bilis intumuit.) Magis placet
hoc ad ipsam luxuriam referri, quam, imitatione Pro-
dia sophistæ, tanquam foeminam inducit. Eam nunc,
cum mitioribus uerbis hominem ab auaritia dimoue-
re non potuerit, uirili ira commotam exclamasse di-
at,

at, Quò insane ruis? & reliqua. Quod miror enar- Persij enar-
 ratores non animaduertisse. Ciutæ.) Hæc enim her ratores ta-
 ba maximam refrigerandi uim habet. Veientanumq; xantur.
 rubellum.) Veientanum uinum pessimi saporis, in Veientaniũ
 Veientano Hetruriæ agro nascatur. Horatius, Qui rubellum.
 Veientanum festis portare diebus Campana solitus
 trulla. Rubellum autem à rubro colore diminutiuum
 est, rubet enim Veientanum uinum. Exhalet.) Ex-
 halando emittat. Obba.) Poculi lignei genus est ob- Obba.
 ba, quæ cum fundo latiore sit, eoq; sedere uideatur,
 rectè sessilis dicitur. Quincunx.) Quincunx, quin-
 que unciæ sunt. Auidos.) Ab effectu, quòd faciunt
 mortales pecuniæ auidiores, iuxta illud: Crescit amor
 nummi, quantũ ipsa pecunia crescit. Sudore.) Nam
 qui minori lucro inhiant, maiores quoque labores ac
 pericula suscipiunt. Quidam legunt sudare, hoc est,
 sudãdo reddere, uel cum maiori sudore discrimineq;
 parare. Deunces.) Deunx undecim uncias con- Deunx.
 tinet, quasi una uncia ex asse dempta. Indulge Ge-
 nio.) Indulgere Genio, est animo obsequi. Defrauda- Prouerbiũ.
 re Genium, negare naturæ quod appetit. Genialis
 dies, lætus & uoluptarius. Genialiter uiuere, molli-
 ter & lautè. Nostrum est quod uiuis.) Mihi de-
 bes uitam: nam citra uoluptatem, uita non est uita.

Cinis & manes.) Illud affert ad persuadendum,
 quod plerique cantant, è cyrenaica schola deprom-
 ptum, Edamus & bibamus, cras enim moriemur.

Viue memor leti.

Hora-

Horatius in Sermonibus,

Carpe uiam, mihi crede, comes, terrestria quando
Mortales animas uiuunt sortita, neque ulla est,
Aut magno, aut paruo leti fuga, quo bene circa
Dum licet, in rebus iucundis uiue beatus,
Viue memor quàm sis æui breuis.

Martialis,

Frangere toros, pete uina, rosas cape, tingere nardo
Ipse iubet mortis te meminisse Deus.

Viue uelut raptò, fugitiuaq; gaudia carpe. Idem.

Duplici hamo) Duplici captiuitate. Metaphora
est à piscibus sumpta, qui hamo capiuntur. Alternus
uices.) Modò auaritiæ modò luxuriæ seruiens.

Ouidius in Fastis,

Quærere, ut absument, absumpta requirere certant,
Atque ipsæ uitij sunt alimenta uices.

Daue citò hoc credas iubeo, finire dolores
Præteritos meditor, crudū Chærestratus unguē
Abrodens ait hæc, An siccis dedecus obstem
Cognatis? an rem patriam rumore sinistro
Limen ad obscœnum frangam, dum Chryfidis
vdas

Ebrius ante fores extincta cum face canto?
Euge puer sapias, diis depellentibus agnam
Percute: sed censén' plorabit Daue relicta?
Nugaris, solea, puer, obiurgabere rubra,
Ne trepidare uelis, atque arctos rodere casses.

Nunc

Nunc ferus & violens: at si vocet, haud mora,
 dicas,
 Quidnam igitur faciam? nec nunc, cum accer-
 far, & vltro
 Supplicet, accedam? si totus & integer illinc
 Exieris, nunc nunc, hinc hinc, quem quærimus,
 hic est,
 Non in festuca lictor quam iactat ineptus.

Ecphrasis.

Chærestratus abrodens crudum unguem, & me-
 ditabundus, ait, hæc ad Dauum seruum suum: Da-
 ue, uolo ut citò mihi hoc, quod iam dicam, credas, me-
 ditor finire dolores, quos antehac passus sum. An ob-
 stem dedecus cognatis meis sobrijs? An diminuam pa-
 trimonium meum non sine infamia in meretricia do-
 mo, dum ebrius canto ante fores Chrysidis unguen-
 to madidas, cum facie extincta? Puer, id est, seruus Da-
 uus respondet, Euge, macta agnam Castori & Pol-
 luci, dijs stultitiam amouentibus, ut sapias. Chærestra-
 tus, Sed Daue num existimas Chrysidem ploraturã,
 cum fuerit à me relicta? Dauus, Nugaris, tu tanquã
 puer castigaberis à Chryside rubra solea, ut non au-
 sis postea moueri, & rodere arctos casses. Nunc es
 ferus, & uiolentus, sed si Chrysis te reuoæt, mox di-
 cas, Quid igitur faciam? Non eam, ne nunc quidem,
 cum accersor vltro, & ipsa mihi supplicat? Poëta, Si
 euaseris toto & integro animo ex amore illius me-
 reticis.

retro, nunc nunc, hinc hinc uera libertas quam quaerimus, est, non autem in uindicta Prætoris, quam ineptus licitor iussu Prætoris iniicit manumittendo.

S C H O L I A.

Chærestra-
tus.

Chrysis.

Dij depel-
lentes.

Dæue citò.) Ostendit meretricio captos amore, non esse liberos. Inducit autem Chærestratum, amicam Chryside relinquere meditantem orta inter eos dissensione, cum Dæuo seruo colloquentem, quod ex Menandri poëtæ fabula sumptum est. Chærestratum.) Interpretatur captor seu mæcipator exercitus, quo nomine significant poëtæ sæpenumerò eum, qui milites uincit, & exercitui imperat, ab circumfusis undique uoluptatibus uinæ, & libidinibus seruire turpissimam seruitutem. Vnde est illud, Omnia qui dormit, Veneri seruiuit & iræ. Chrysidis.) Chrysis ab auro nomen habet, uel quòd sit aurea. i. pulchra, uel quòd semper inhiet. Vdas.) Propter unguenta, quibus amatores amicæ fores oblinebant. Puer.) Si est nominatiui casus, Dæuus seruus significatur, subauditurq; respõdet: si uocatiui, Chærestratus à Dæuo puer uocatur, quòd non plus puero sapiat. Dij depellentibus.) Castor & Pollux dij depellentes dicuntur, quòd tristia depellant, & nocentia amoueant. Trepidare.) Moueri, agitari, quemadmodum solent feræ cassibus implicatæ. Rodere casses.) Translatum à feris, quæ irretitæ, dentibus casses rodunt. Bellè autem turpem amorem retibus comparauit, quemadmodum & Lucretius, Nam uitare, plagas in

amo-

amoris ne iaciamur, Non ita difficile est, quàm aptum retibus ipsis Exire, & ualidos Veneris per-
rumpere nodos. Nec nunc.) Nec legendū, non Ne.
Imitatur illud Horatij, Nec nunc cū me uocet ultrò,
Accedam? an potius mediter finire dolores? Nec nūc
accedam? cum interrogatione pronunciandum est, &
est sensus, An etiam nō accedam nunc Chryside, cū **Supplico.**
accerfar ab ea, & ipsa ultrò supplicet mihi. Suppli-
cet.) Supplico compositum est ex sub & placo. Qui
enim supplicat alteri, eum aliquantulum placat, autho-
re Festo: veteres dixerunt, ob uos sacro, pro uos ob-
secro: sub uos placo, pro supplico. Nunc nunc, Hic
hic.) Ex ingenti letitia, quasi re diu multumq; qua-
sita, tandem inuenta, proclamans, eleganter aduer-
bia geminauit repetiuitq;. In festuca.) Authore Her **Fistuca.**
mol. Barb. differunt fistuca & festuca. Fistuca instru- **Festuca.**
menti nomen est, quo figuntur pangunturq; in ter-
ram sublice, paliq;. Festuca uerò dicitur & arboris
nouella, omninoq; infantis cuiusque sati pullulus, ut
Augustino quoque placet. Ineptus.) Non aptus li-
bertatem ueram ministrare.

Ius habet ille sui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio: vigila, & ciceringere largè
Rixanti populo, nostra ut Floralia possint
Aprici meminisse senes: quid pulchrius? at cū
Herodis uenere dies, vncta q; fenestra
Dispositæ pinguē nebulam vomuere lucernæ
Portantes violas, rubrumq; amplexa catinum,
Cauda

Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino,
 Labra moues tacitus, recutitaq; sabbata palles.
 Tunc nigri lemures, ouoq; pericula rupto,
 Tunc grandes galli, & cū sistro lusa sacerdos,
 Incussere deos inflantes corpora, si non
 Prædictum ter manè caput gustaueris alli,
 Dixeris hæc inter varicosos centuriones,
 Continuò crassum ridet Vulplenus ingens,
 Et centum Græcos curto centusse licetur.

Ecphrasis.

Nunquid liber est ille adulator, quem candidatum
 & honoribus inhiantem trahit, ambitio? Fingitur au-
 tem ea hoc modo adhortari ambitiosum: Vigila, &
 ingere copiosè legumina populo rixanti, ut Iones a-
 priantes possint meminisse nostra Flomina. Quid
 possit esse honestius? Poëta, Sed cùm Iudæorum fe-
 riæ uenerunt, & lucernæ uiolis ornatae, dispositæ in
 fenestra oleo peruncta, exhalant pingues uapo-
 res, & cauda thynni amplexa rubrum catinæ natat,
 & alba fidelia uini plena est, tacitus oras, & ob ie-
 iunium iudaicis sabbatis seruatum, palles. Tunc nigri
 lemures, & pericula quæ timentur, si putamen oui
 cineribus impositi ruptum fuerit, tunc maximè ue-
 nerandi Cybeles sacerdotes, & lusa sacerdos Isidis
 cum sistro, metum deorum, corpora uarijs morbis in-
 flantium incusserunt, si non gustaueris ter manè caput
 allij prædictum tibi à sacerdotibus. Si dixeris hæc,
 que

quæ ad ueram libertatem pertinent inter laboriosos milites, statim magnus Vulplenus ridet uehementer, et centum philosophos uix centum assibus æstimat.

SCHOLIA.

Ius habet.) Legitur in quibusdam exemplaribus, Ius ne habet. Hoc loco ostendit ambitiosos non esse liberos, sed turpiter honorum cupiditati seruire. Palpo.) Adulator. Palpari, blandiri. Lucilius, Hic ubi me uidet, subblāditur, palpatur, caput scabit. Cretata.) Eo quòd pctitores magistratuū candidati comitijs in campum Martium descendebāt. Vigila.) Verba sunt ambitionis ducētis ambitiosum. Cicer ingere large.) Imitatio est Horatij, In acere atq; faba bona tu perdasq; lupinis. Floralia.) Ludi in honorem Floræ. Thynni.) Thynnus genus est piscis. Recutita.) Recutiti dicuntur, quibus noua cutis contigit. Martialis, Nec ruptæ recutita colla mulæ. Recutiti dicuntur Iudei, quia arcanasi sunt. Lemures.) Spiritus terrifi- a, laruæ nocturnæ. Galli.) Sacerdotes matris deorum. Ostendit autem superstitiosos, minimè esse liberos. Cum sistro.) Sistrum est instrumentum sonorum, quo in sacris Isidis Aegyptij sacerdotes utebantur. Varicosos) Laboriosos et dueros. Varices enim sunt eminentiores uenæ in corpore, quæ interdum stantibus, nimiumq; laborantibus oriuntur. Vulplenus.) Nomē fictum à Poëta quasi uulpis plenus. Curto.) Non integro. Centusse.) Centussis precium diatur centum assium.

Palpo.

Palpari.

Floralia.

Thynnus.

Recutitus.

Lemures

Galli.

Sistrum.

Varicosus.

Varices.

Centussis.

K

ARGV-

ARGUMENTVM IN VLTIMAM Satyram.

Vltima perparcum Satyra insectatur auarum.

Satyra sexta.



Dimouit iam bruma foco te Bassa Sabino?

Iam ne lyra, & tetrico viuunt tibi pestine chordæ?

Mire opifex numeris veterum primordia vocum,

Atq; marem strepitum fidis intendisse latinæ:

Mox iuuenes agitare iocos, & pollice honesto

Egregios lusisse senes: mihi nunc Ligus ora

Intepet, hybernatq; meū mare, quā latus ingēs

Dant scopuli, & multa littus se valle receptat.

Lunai portum est operæ cognoscite ciues.

Cor iubet hoc Enni, postquā destertuit esse

Mæonides, quintus pauone ex Pythagoreo:

Hic ego securus vulgi, & quid præparet auster

Infœlix pecori, securus & angulus ille

Vicini nostro quia pinguior, etsi adeo omnes

Ditescant horti peioribus, vsque recusem

Curuus ob id minui senio, aut cœnare sine

vncto,

Et signum in vapida naso tetigisse lagoena.

Ecphra.

Ecphrasis.

Num te Basse brumale frigus admouit iam foco Sabino? Mire artifex ad intendendum numeris antiquas, & quæ prisas Italiae gentibus in usu fuerunt, uocæs, ac uirilem, minimeq; eneruatum latine lyrae cantum, & ad agitandum mox iuueniles iocos, atq; ad canendum perulo pollicæ egregia senum fauora, num lyra, & fides resonant iam tibi tetrico pectine? Mibi nunc Liguri extremitas aërem temperatū præbet: & ligusticum mare, prope quod natus sum, hybernadi locū cōcedit, in ea parte, qua excelsi montes dant magnum latus, & litus multis uallibus recuruatur. O ciues cognosate portum Lunensem, id enim est operæ prædium. Ennius cordatus iubet hoc, postquam exatatus est è somno quo sibi uisus est esse Homerus, quintus ex pauone Pythagoreo: ego securus uulgi hic, & quid noxius auster præparet pecori, & securus quòd ille angulus uiani sit fertilior meo tametsi omnes peiori genere nati, multum ditescant, tamen nolim incuruatus consia semper tristitia ob id, aut coenare sine delitijs, & tangere naso signum in uapida lagena.

SCHOLIA.

Admouit.) Cesium Bassum Poëtam lyricum Persius interrogat, num in Sabinis hybernet, & ad lyram quippiam canat? aitq; se apud Lunensem portū, quietam & securam uitam agere: Mox auaros insectatur, eorum irridens amentiam, qui, ut hæredibus

K ij

suis

Tetricus.

suis plurima relinquunt, genium suum defraudantes, sordidè uiuunt Tetrico Sabino.) Tristi, se uero, à Sabinorum monte asperrimo, cui nomen Tetricus. Licet autem coniungere tetrico tibi, uel tetrico pectine. Numeris.) Versibus. Veterum primordia uocum

Substantiuũ pro adiectiuo.

) Quidam accipiunt carmina quæ oratione soluta sunt antiquiora, sed cum modò numeris diceret, malo antiquas Sabinorum, eorumq; qui Latium coluerunt, uoces accipere, quæ in hymnis deorum & lyricis carminibus probantur. Marem strepitum.) Masculum & uirilem tantum, substantiuum pro adiectiuo posuit: ut supra, heros sensus, & apud Horatium in Arte Poëtica, idem factum uidimus, Tyrtaeusq; mares animos in Martia bella Versibus exauit. Intendisse.) Intendere, hoc est, intentis fidibus canere. Meum mare.) Ligusticum. Videtur enim significare se esse Lunensem, tametsi Eusebius, & alij quidam Volaterranum existiment. Lunai.) Luna: ut aulai pro aula. Lunæ portus, in Liguria est, cum oppidum eiusdem nominis alto monte separatum, sit in Hetruria. Est autem hic uersus Ennij, in quo quidã legunt, cognoscere pro cognosate. Cor iubet hoc Enni.) Videtur alludere ad hoc, qd Gellio referente,

Luna.

Q. Ennius tria corda habere sese dicebat, quòd loqui Græcè & oscè, & latinè sciret. Mæonides.) Homerus à Mæone uel patre, uel educatore. Ennius in principio annalium suorum, ut refert Porphyrius, somnio se scripsit admonitum, quòd secundum Pythagoræ

Ennij tria corda.

Mæonides.

thagoræ

Pythagoræ dogma, anima Homeri in suum corpus uenisset. Vnde Horatius in Epistolis, Ennius & sapiens & fortis, & alter Homerus, Vt Critia dicunt, leuiter curare uidetur, Quò promissa cadant, & somnia Pythagorea. Quintus.) Obiter irridet opinionem Pythagoræ, qui dixit animas ex alijs corporibus in alia transmigrare. Quidam tradunt animã Euphorbi, in Homerum, Pythagoram, pauonem & Ennium transiisse, ut ita quintus sit Ennius ex pauone Pythagoreo, hoc est, in quo fuit anima Pythagoræ. Alij tradunt animam ex pauone in Euphorbum, ex hoc in Homerum, inde in Pythagoram, hinc in Ennium uenisse, ut ita quintus sit Ennius. Quintus etiã est prænomen Ennij, unde quidam sic hunc locum exponunt, Postquam Quintus, id est, Ennius ipse destertuit esse Mæonides, hoc est, desijt somniare se esse Homerũ, & accepisse Homeriam animam ex pauone Pythagoreo, id est, ex corporibus Pythagoræ, & pauonis.

Discrepet his alius, geminos horoscope varo
 Producis Genio: solis natalibus est qui
 Tingat olus siccũ muria uaser in calice empta,
 Ipse sacrũ irrorãs patinæ piper, hic bona dente
 Grandia magnanimus peragit puer, vtar ego,
 vtar:

Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
 Nec tenuem solers turdorum nosse saliuam.
 Messe tenus propria uiue, & granaria fas est

K iii

Emo-

Emole quid metuas? occa, en seges altera in
herba est,

Aduocat officium, trabe rupta, Brutia saxa

Prendit amicus inops, remque omnem, surda-
que vota

Condidit Ionio, iacet ipse in littore, & vnâ

Ingentes de puppe Dei, iamq; obuia mergis

Costa ratis laceræ: nunc & de cespite viuo

Frangere aliquid, largire inopi, ne pictus oberret

Coerulea in tabula: sed cœnam funeris hæres

Negliget iratus, quod rem curtaueris, urnæ

Ofla inodora dabit, seu spiræt cinnama surdū,

Seu ceraso peccent casia, nescire paratus.

Tú ne bona incolumis minuas? sed Besti⁹ vrget

Doctores Graios: ita fit, postquam sapere vrbi

Cum pipere & palmis, venit nostrum hoc ma-

ris expers,

Fœnifecæ crasso vitiarunt vngvine pultes.

Ecphrasis.

*Alius dissentiat ab his moribus et studijs nostris:
Nam & gemini sub eodem horoscopo nati, dissimili
sunt ingenio. Est aliquis qui uaser tingat solis nata-
libus olus siccum uili liquaminis genere empto in ca-
licæ, quæ muria diatur, ipse tanquam sacrum, & non
attingendum piper ad similitudinem roris inspergēs
patinæ: Alius audax puer dentibus consumit grandia
bona. Ego uerò rebus meis utar, utar inquam, nec*

ideò

ideo lautus ero ad apponendum libertis meis rhombos, pisces apprimè preciosos, nec solers ad cognoscendum tenuem turdorum saporum. Viue pro qualitate & conditione prouentus tui, & emole frumentum in granarijs repositum: fas est id facere, quid timeas? diminue rem, & egenis distribue, en altera seges est in herba. Amicus inops implorat officium tuum, nauis enim fracta apprehendit saxa Brutij littoris, et condidit in Ionio mari omnia bona, et uota superis non exaudita. Ipse iacet in litore, & simul cum eo magna deorum simulacra de puppe erepta, iamque pars fractae nauis occurrit mergis & alijs auibus aquaticis. Diminue nunc aliquid, non solum de redditibus, sed etiam de uirenti agro quem possides, largire inopi amico, ne ferens naufragium in tabula depictum, oberrat ad stipem undique, corrogandam. Sed heres iratus, quod diminueris rem negliget epulum funebre, & committet urnae ossa tua unguento non perfusa, paratus nescire, siue annama spirent odorem, qui uix sentiatur, siue casiae ceraso sint adulteratae. An deceat te incolumem diminuerere bona? Sed Bestius accusat philosophos. Ita fit, postquam haec nostra sapientia, atra nauigationem, & maris periculum parata, inuecta est urbi cum saporis mercibus, pipere & palmis, foenifecae uitiantur crasso unguine pulles, ita ut suum uix saporum retineant.

SCHOLIA.

Horoscope.) Horoscopus ab astrologis dicitur

K iij

id

- id temporis momentum, quo quisque nascitur, quasi horæ inspectio & notatio. Saliuam.) Saporem, gustum. Saliuam imbibere, est gustui assuescere. Messe tenus propria uiue.) Id est, sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Oaa.) Frange, diminue. Oc care est glebam occidere & comminuere. In herba est.) Id est, herbescit, surgit & spem frumenti ostendit. Paulò aliter Ouidius in epistola Helenes ad Paridem dixit, Sed nimium properas, & adhuc tua messis in herba est, id est, spes tua nondum certa est, sed uarijs adhuc casibus & periculis exposita. Surdum.) Spirare surdum dicitur, cuius odor uix sentitur. Bestius.) Nomen inclinatum à bestia, quo & Horatius utitur. Fœniseæ.) Fœniseæ dicitur, qui fœnum fecat.
- Prouerbiū. id temporis momentum, quo quisque nascitur, quasi horæ inspectio & notatio. Saliuam.) Saporem, gustum. Saliuam imbibere, est gustui assuescere. Messe tenus propria uiue.) Id est, sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Oaa.) Frange, diminue. Oc care est glebam occidere & comminuere. In herba est.) Id est, herbescit, surgit & spem frumenti ostendit. Paulò aliter Ouidius in epistola Helenes ad Paridem dixit, Sed nimium properas, & adhuc tua messis in herba est, id est, spes tua nondum certa est, sed uarijs adhuc casibus & periculis exposita. Surdum.) Spirare surdum dicitur, cuius odor uix sentitur. Bestius.) Nomen inclinatum à bestia, quo & Horatius utitur. Fœniseæ.) Fœniseæ dicitur, qui fœnum fecat.
- Ocare.
- In herba.
- Prouerbiū.
- Surdum spirare.
- Bestius.
- Fœniseæ.

Hæc cinere vltior metuas? at tu, meus hæres
 Quisquis eris paulum à turba seductior audi,
 O bone num ignoras? missa est à Cæsare laur?
 Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
 Frigidus excutitur cinis, ac iam postibus arma,
 Iam chlamydes regū, iam lutea gausapa captis,
 Effedaq; ingentesq; locat Cæsonia Rhenos.
 Diis igitur Genioq; ducis, centū paria, ob res
 Egregiè gestas indico: quis vetat? aude.
 Væ, nisi conniues, oleum, artocreasq; popello
 Largior: an prohibes? dic clarè, non audeo in-
 quis.

Exossa-

Exossatus ager iuxtà est: age, si mihi nulla
Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, prone-
ptis

Nulla manet patrui, sterilis matertera vixit,
Deq; auia nihilum superest, accedo Bouillas,
Ciumque ad Virbi, præstò est mihi Manius
hæres,

Progenies terre: quere ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haud promptè, dicam tamen, adde e-
tiam vnum,

Vnum etiam, terræ est iam filius, & mihi ritu
Manius hic generis propè maior auunculus
exit,

Qui prior es, cur me in decursu lãpada poscis ?

Ecphrasis.

O auare qui studeas hæredi plurimum relinquere,
tu extendens cogitationem, & curam tuam ultra mor-
tem ac cinerem, in quem resolueris, metuas hæc, ne
hæres tibi iratus negligat cœnam, curamq; funeris,
& ea quæ ad honorificas pertinent exequias? At
quicumque eris meus hæres, secretè paulum à turba
audi, O bone num ignoras? laurus missa est à Cæsare
ob insignem cladem Germanorum, & frigidus cinis
excutitur aris, ignisq; paratur ad sacrificandum: Cæ-
sonia mulier, Caligulæ imperatori charissima, dispo-
nit iam postibus templi arma, & chlamydes regum,
& captiuis gausapa croæi coloris & esseda proce-
rosq;

rosq; Rheni accolas. Solenni igitur ritu me sacrificaturum profiteor, sacrificium ducentarum uictimarum dijs, & Genio imperatoris, ob res egregie gestas. Quis prohibet? aude uetare mihi, ne hoc faciam. Væ tibi nisi permittis. Largiri uolo plebi oleum, & artocreas: an prohibes? dic clara uocæ: nō audeo inquis prohibere, quo minus facias, ne saxis cedas, quorū plenus ager propinquus est. Age si nulla ex amitis iam reliqua est mihi, nulla patruelis, nulla proneptis patrum manet, si mater tera uixit sterilis, & nihil de auia superest, accedo Bouillas, & ad cliuum Virbij. Manius terræ filius præsto est hæres mihi. Quære ex me quis abauus mihi sit, haud promptè quidem, tamen dicam tibi. Quòd si attuum tritauumq; addideris, ad eum tandem uenies, cuius parens ignoretur, atque ob id terræ filius habeatur. Et ita hic Manius quem dixi terræ filium, euadit mihi propè maior auunculus ritu generis. Cur tu, me natu grandior, meam captas hereditatem, cum tuam expectare potius debeam?

SCHOLIA.

Cinere ulterior.) Quantum pertinet ad curam & metum, qui extenditur ultra mortem & bustum.

Gausapa.) Genus stramenti uilloso quo milites in castris utuntur, & genus uilis indumenti. Effeda.)

Effedum genus uehicali Gallia. Vergilius, Belgica uel molli melius foret effeda collo. Rhenos.) Rheni accolas, Germanos & Gallos. Indico.) Legitur &

induco.

Gausapa.

Effedum.

induco. Indico.) Id est, solenni ritu me sacrificaturum profiteor. Si placet induco, subintellige ad sacrificandum. Artocreas.) Artocrea est genus ab ex pane & carne, quod compositio indicat, ἄροτος enim panis, κρέας caro dicitur. Dic clarè.) Visus est heres aegro animo id tulisse, ac propterea à frontem aliquantulum contraxisse, quare eum clariùs atq; apertius loqui iubet. Non audeo inquis.) Bisariam hic uersus bonus defenditur: aut enim in quinta sede pæan primus est, diphthongo in duas diuisa syllabas, ut apud Catullum, Si linguam clauso tenes in ore: aut dactylus, ut etiam e abijciatur, quemadmodum apud Vergil. Pendent lychni laquearibus aureis, et apud alios nonnunquam. Primùm autè pæana in quinto loco uersus hexametri inueniri docuimus in rudimentis artis uersificatorie. Age si mihi nulla.) Tacite obiectioni respondet. Nam dicere potuisset. Si patrimonium dissolues, propinquum heredem non inuenies. Ait ergo, qui suam hereditatem adeant, non defuturos. Bouillas.) Bouillæ uicus inter urbem Romanam & Ariam in uia Appia, in quo cæci, & mutilati corporis homines mendicabant. Cliumq; ad Virbi.) Alij clium Virbium in urbe accipiunt proximum cyprio uico, alij clium Ariam, ubi Virbius, id est, Hippolytus à Diana in uitam reuocatus, uersari solitus traditur. Manius.) Manius prænomen est eius qui manè natus est. Manius quidam consecrauit Dianæ Ariam lucam arianum, à quo Manio

Artocrea.

Bouilla.

Clius.

Virbij.

Manius.

nio

Prouerbiū. nio multi & clari uiri orti sunt, & per multos annos fuerunt, unde prouerbiū inuulgatum est, Multi Manij Aridae. Ad hoc prouerbiū nunc clanculum alludit Persius, qui cum de cliuo Ariano loquitur, Manium potius quàm alium non temere dixit.

Maior auūculus. Progenies terræ.) Olim homines obsauro, ignotoq; genere prognati, terræ filij dicebantur, propter à q; terra sit omnium communis parens, uel quòd iuxta quorundam etiam historiam, primitus mortales è terra nascebantur. Marc. Tull. ad Atticum, Et huic terræ filio nescio cui, committere epistolam tantis rebus non audebam. Maior auunculus.) Ut scribit Festus, dicitur aui & auie auunculus. Qui prior es, cur me in decursu lampada posas.) Assidue sunt hominum uices, & primus impellitur à secundo, non aliter quàm in ludo Promethei, & Cereris, ut quidam uolunt, primus decurrēs dat lampada secundo, secundus tertio, tertius quarto & ita deinceps. Hæc decursio significabat humanæ uitæ mutationē, & uicem perpetuam esse. Lucretius lib. 2. Inq; breui spatio mutantur secla animantum. Et quasi cursores uitæ lampada tradunt. Hinc prouerbiū, Cursu lampada trado, id est, partes quasi successione in alium, atq; alium transfero.

Sum tibi Mercurius, venio deus huc ego, ut ille Pingitur, an renuis? vñ tu gaudere relictis?
Deest aliqd̄ sūmē, minui mihi, sed tibi totū est
Quic-

Quicquid id est, vbi sit, fuge quærere, quod mi
 hi quondam
 Legarat Stadius, neu dicta reponere paterna,
 Fœnoris accedat merces, hinc exime sumptus.
 Quid reliquum est? reliquum? nunc nunc im-
 pensius vnge,
 Vnge puer caules, mihi festa luce coquatur
 Vrtica, & fissa spumofum sinciput aure,
 Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis,
 Cum morosa vago singultiet inguine vena.
 Patritiæ immeiat vuluæ? mihi trama figuræ
 Sit reliqua, ast illi tremat omento popa venter?
 Vende animã lucro, mercare, atq; excute solers
 Omne larus mundi, ne sit præstantior alter
 Cappadocas rigida pingues pauisse catasta
 Rem duplica, feci: iam duplex, iã mihi quartò,
 Iam decies redit in rugam, depinge vbi sistam
 Inuentus Chrysippe tui finitor acerui.

Ecphrasis.

*Sum Mercurius tibi, ego uenio Deus huc, sicut ille
 pingitur. An renis accipere quæ tibi affero? uisne tu
 gaudere bonis, quæ reliquero? Hæres, Aliquid deest
 summæ. Persius, Minui mihi, noli quærere ubi sit id,
 quod Stadius legauerat mihi quondam, neue renoua
 mihi uerba patris, Merces fœnoris addatur sorti
 & principali summæ, exime impensas tuas ex i-
 pso fœnore, Hæres, Quid reliquum est? Persius,
 Quæ-*

Quæris quid sit reliquum? ò famule unge nunc
 nunc sumptuosius caules, unge inquam. An mihi ur-
 tica feriato die coquatur, & fumosum sinaput aure
 fissa, ut iste tuus nepos satur olim iecore anserino, rem
 habeat cum foemina patricij generis, quando Vene-
 rea libidine quatietur: An mihi maalentissima cutis
 sit reliqua, at uenter consumptor tremat illi pingue-
 tudine? Hæres, Vende animam tuam lucro, mercatu-
 ram exerce, atque solers disquire omne latus mundi,
 ne alter sit te præstantior ad pascendos pingues ser-
 uos in rigida catasta, Duplica rem tuam. Persius, Fe-
 ci iam res mea est duplex, iam multiplicatur mihi
 quartò, iam decies. O Chrysippe qui es inuentus fini-
 tor tui aerui, depinge mihi ubi sistam.

S C H O L I A.

Sinciput.

Sinaput.) Propriè est anterior pars capitis, cui æ
 rebrũ subditũ est. Accipitur pro toto capite & hîc,
 & apud Iuuenalem, Comedã inquit, flebile nati sin-
 aput elixi.

Nepos.

Nepos.) Cũm filium filij dicere uidea-
 tur, alludit ad id quòd nepos etiam consumptorem
 & prodigum significat.

Popa.

Popa.) Consumptor, uo-
 rator: popa dicitur uictimarius, id est, qui uictimas
 ad altare ligat, & ferit. Helius Spartianus, Percussit
 hostiam popa nomine Antonius. Hîc accipitur, au-
 thore Hermolao Barbaro, pro belluone, uoratoré-
 que ac phagone. Quidam hîc pro Illi, legunt Ille, ut
 sit ordo & sensus, Ast ille popa, id est, pinguis, &

Ven-

uenter, id est, belluo, ac gulosus tremat omento?

Vende animam lucro.) Mihi pace aliorum uidentur hæc esse auari hæredis uerba ad Persium. Dicit enim hoc, non solum corpus emacandum est tibi propter lucrum, & opulentiae famam, sed & anima uendenda est. Cappadocas.) Seruos, qui ex Cappadocia multi aduehebantur. Vnde Horatius Manapijs locuples eget æris Cappadocum rex. Catasta.) Locus est, in quo serui uenales exponuntur.

Cappadocæ.

Castata.

Rem duplici.) Auarus hæres Persij reprehensione non deterritus, sed eandem canens cantilenam, hortatur ut rem non solum non minuat, sed etiam negotiando geminet. Respondet Persius illi tenendo eam, hoc est, rem meam, id est satyriam uersum geminaui, & est iam duplex, & iam mihi quarto multiplicatur, hoc est, fiunt octo, duo enim quater sumpta, octo sunt, & iam redit in rugam, id est, multiplicatur decies, fiuntque octoginta uersus huius Satyræ, qua taxantur auari. Octo enim decies multiplicata, sunt octoginta, quot sunt huius Satyræ uersus. Obiter cum aliud Poëta dicere uideatur, auarum irridet, qui in infinitum opes suas augere studet.

Noua expositio.

Depinge ubi sistam. Latenter ostendit in omnibus rebus modum esse seruandum. Acerui.) Acerui.) Aceruus hic dicitur argumentatio acerualis, græcè σωρείτης. Hunc peculiariter Chrysippus coluit, & celebrauit, est igitur sensus, O Chrysippe, Stoicorum acutissime, qui aceruum tuum, tametsi lon-

Aceruus.

gus

gius progrediendo vix conclusionis modum inueniret, aliquando tamen finiſſi, depinge tu mihi modum rei meæ geminandæ, hoc eſt, Satyræ concludendæ.

Recte autem utitur apoſtrophæ ad Chryſippum Stoicum, cùm ipſe in hoc opere Stoicos imi-

tetur. De æruo meminit & Mar-

tianus Capella, Chryſippus cu-

mulet, proprium conſu-

mat æruum.

FINIS.

rum quicquam atra honorificam tui mentionem nominis publicabo. Vale decus nostrum, & Murmelliis tui amantissimum dilige.

HERMANNVS BVSCHIVS

Pasiphilus Murmellio

suo.



Mni ex parte, quas ad me dedisti, litteræ tuæ mihi placuerunt, Murmelli humanissime, nec erat quod in illis culpam tantillum, præter breuitatem: hæc uerò sola mihi displicuit.

Nam sicut oratio M. Tullij (ut Secundus inquit) optima fertur ea, quæ est longissima, ita eruditi & bene literati uiri (qualem te esse atra omnem adulationis suspicionem libenter confiteor) epistola, mihi multò iucundissima est ea, quæ latissima. At tu fortasse laconismon amas. Sis igitur, si quando alijs scribis, Lacedæmonijs, uel (ut Sydonij uerbis dicam) breuior Amyclis: quum autem mihi, ipsis sis loquacior Athenis. Petis à me quasdam meas in Persium enarrationes, quas me hîc auditoribus meis dictasse (ut ex tuis literis intelligo) quorundam isthic studiosorum sermo uulgauit, quòd in eis fortasse loca quedam illius poëtæ, secus quàm ab alijs interpretibus, à me explicata putas. In nonnullis sanè ab illis (fateor) dis-

L ij

sensi,

sensi, & mihi etiam dissentio (fortasse non recte) Et ut loca quædam tibi commonstrem, iambicum scazon illud, quod quasi operis uestibulum aduenientem lectorem statim exapit, quur à poëta appositum, quæue eius argumenti ratio, neminem adhuc uideo explicasse. Alij cum in poëtas libidinosos, aut aliàs uiciosos inuehi arbitrantur, alij alia quædam, sed nusquam ferme remota erroris nebula suspicantur: Ego autem dico, propriè denuntiationem esse reprehensionis in nobiles Romanos, gloriam doctrine ex uitijs suis aucupantes. Quid potest dici simplicius? hoc tamen isti grammatici uerbosissimis ambagibus non sunt assecuti. Prima enim satyra Persij, in nobilibus duo præcipuè damnat, inutiles inquam fabulas, leuitatemq; materiæ in scribendo, & sordes, illiberalitatemq; erga doctos quosque, non poëtas modò, uerùm alios etiam, ut grammaticos, rhetores, historicos, quam reprehensionem etiam Iuuenalis tota septima satyra peragit. Hæc duo igitur uelut propositione prælibantur primùm, & quasi ante denuntiantur nobilibus hoc scazonte à Persio. Nam per fontem Caballinum, Heliconidas, pallidam Pyrenen, inutilem materiã scriptorum notat: quã propterea (ut dicit) relinquit etiã illis, qui imaginib. & statuis laureatis, sibi rē factã esse credebãt, per quos sine dubio uellicat nobiles Roman. qui hæc insignia uirtutis sine ulla uirtute impudēter recipiebãt, praua quorundã deferentium adulatione. Per reliqua enim, Quis expe-
diuit

diuit psittaco suum χαίρει, & quæ sequuntur ad finem usque, taxatur auaritia eorundem nobilium, & sordes fœdissimæ quarum instinctu, quidam eorum non contenti famâ ingenij etiam quæstum inde captabant indecorum, quasi cogente inopia (id quod pauperibus accidit) uenirent ad scribendum: quemadmodum psittacæ, & auiculæ quædam aliæ, coguntur stimulante fame, negatas naturâ uoces reddere. Teneant Murmelli, alij quod uelint, hanc sententiam ego teneo. Et ad hanc non friuolis fortasse uestigijs deducor, sed probatissimo ueterum more Romanorum, qui nullâ, teste seruius, artē esse uoluerunt, quæ non esset aliqua utilis reipublicæ. Vnde illud Domitij Pisonis celebre dictum: Autores non oportere libros, sed thesauros componere. Plato quoque poëtas & oratores in suis legibus præcipit, aut prohibendos à ciuitate, aut cogendos utilia scribere. Quod Horatius in sua Poëtica repetens, poëtæ professionem esse uult, simul & iucunda & idonea dicere uitæ. Quum itaque ipsi nobiles magna ex parte uitiosi, non uitæ idonea, sed flagitia & labes uitæ ederent, easq; in totam urbē sua autoritate infunderent, satyram illis poëta hoc iambico (uelut classico) comminatus, ob hanc potissimam inquam defectionem ab egregio illo maiorum instituto, quo utilia solū dicere & scribere permittebatur, iuxta illud: Hæc fierent si testiculi uena ulla paterni uiueret in nobis? An non et simili modo, ferè dimidium primæ suæ sa-

L iij tyræ

tyræ etiam Iuuenalis in notandis huiusmodi fabulo-
 sis, omnium à summo minimoq; poëta, ineptijs, nihil
 omnino moribus profuturis, imo noaturis consumit?
 Per hoc astruens non gratiâ placendi, sed uoluntate
 iuuandi, oportere ad scribendum accedere. Vt ergo
 is inquit, non per illorum campum flectemus equos,
 qui de Theseo, de Thelepho, de Oreste, de Martis lu-
 co, de Aetna, uentisq; Aeolijs, de inferis, & Aeaco,
 de Iasone & Argonautis, de centaurorum pugna
 cum Lapithis, cæterisq; id genus meris nugis, uer-
 bosas composuere fabulas, et per quæ magnus equos
 Aruncæ flexit alumnus: Quod est, per argumenta
 & uestigia illorum uagabor, qui utile, & profuturū
 aliquid moribus ac reipublicæ fecerunt: Ita hic ipse
 Persius noster, eodem nimirum sensu, Heliconidas,
 inquit, pallidamq; Pyrenen, & quicquid non solum
 de Parnaso, uerum etiam Troias, amoribusq; heroi-
 dum nugari libuerit: ergo diuersa his scripturus, hæc
 nobilibus & diuitibus nostris (tanquam suas urticas)
 relinquo. Cuiusmodi etiam non uerentur pro merce-
 de scribere, si usquam spes ipsis dolosi affulse-
 rit nummi. Quasi non habeant sat facultatum per se-
 ipsi ad bene uiuendum, sed impellente, angustia rei fa-
 miliaris ad alia cogantur: sicut feri psittaci & picæ,
 ob uentris necessitatem, uoces humanas (naturâ sibi
 negatas) fame diutius tortæ tandem addiscunt et red-
 dunt. Si ita acceperimus, apertus erit & constans ni-
 mirum sensus totius iambici, neque quicquam omni-

no necesse, tot quæstiones afferre primum, tot postea
soluere, uti quidam cum suo Britannico fecerunt. Quod
autem dixi, Persium notare nobiles & diuites quos-
dam Rom. etiam spe quæstus, nec famæ tantum dul-
cedine, scripsisse, non mirabitur hoc, nec ridebit omni-
no, qui leget eosdem apud Iuuenalem, non erubuisse
pauperum sportulas (quod nescio an fœdus adhuc)
petere cum ipsis, imo enimvero præripere eisdem so-
litos, quum inquit:

Da prætori, da deinde tribuno. Et paulò infrà: Sed
quum summus honos, finito computet anno Sportu-
la quid referat, quantum rationibus addat, Quid fa-
cient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est,
Et panis sumusq; domi est? densissima centum
Quadrantes lectica petit. Nosti reliqua. Est igitur à
uerò non multum absimile, hunc quem ostendi, sen-
sum esse huius iambici: illoq; Persium, uelut manu in
primæ suæ satyræ materiam deducere lectorem, idq;
ipsum ordiri hic, quod in illa mox urget latius atq;
pertexit. Et ut præ cæteris poëtæ pauas proponunt
in principio de quo scripturi sunt, deinde proposi-
tionem exequuntur: ita & Persius in hoc proœmio,
quod breuiter uelut prælibat, in proxima statim sa-
tyra reponit latius, atque sollicitat. Est ergo quasi sa-
tyræ sequentis propositio quedam (ut supra dixi)
hic Choliambus. Hactenus de prologo Persiano,
nunc uerò de primæ operis ipsius satyra uideamus.
Hanc in poëtis malos scriptam ferè omnes consen-
L iij tiunt.

tiunt, At cur in solos poëtas potius illam Persius, quã generaliter in quosuis scriptores malos? Quòd non poëtas mordeat hæc satyra solum, sed etiam prosa oratione scribentes, uel ille uersiculus abundè arguerit: Scribimus inclusi numeros ille, hic pede liber. Et illud: Fur es ait Pedio. Pedius quid? crimina rasis librat in antithetis. Ego libere affirmo, nec in poëtas, nec pro poëtis compositam esse peculiariter hanc satyram, sed generaliter in omneis, delectationis & inanis gloriæ causa scribenteis, siue iam poëta fuerint illi, siue nõ: plus dico, siue etiã boni illi fuerint scriptores, siue mali: hoc est, siue docti siue indocti fuerint, æqualiter eos arripit hæc cësura Persiana, quicumq; animi tantũ et otiosæ delectationis causa magis q̃ publicæ utilitatis gratia ueniunt ad scribendum. Est igitur Persij (ut breuissimè dicam) intentio, hac satyra non tam præcipuè poëtas reprehendere, quàm scriptores quosunque, scribendi munere siue officio abutenteis, etiam doctissimos. Quod quia potissimum culpa & socordia nobilium fieret, uoluptatem plerumque pluris quàm uirtutem facientium, & per hoc reliquum populum passim suo exemplo corrumpentiũ, ideò reprehensionis exordium haud temere sumpsit à nobilibus, quorũ tanto perniciosiora sunt uitia, quanto plureis sui habèt imitatores. Vnde conuenienter dictum à Cæcilio secundo est: In imperio morborum grauissimum esse, qui à capite descendat. Quod autẽ nobileis (non poëtas

tas

tas propriè) exagitet propter abusum scribendi, singula penè declarant uerba. Quid enim sibi uult Pulydamas, & Troiades sui? Quid reatator ille pexus, togaq; recenti & natalitia cum sardonycis nitidus, liquido plasmate collutus, ocello patrati fractus? Qui denique cum recitationem hanc sardonycati trepidant, utrum plebei illi, an ingentes Titii? Præterea inter pocula quærentes, quid dia poëmata narrent? Cur non humiles aliqui de plebe. Quirites, sed Romulidæ saturi? Inter quos hyacinthina (nescio quis) lena uisendus & tenero supplantans uerba palato, Phyllidas, & simileis alias id genus nugas eliquat. Paulò infra hæc: Quid Ilias Acci ebria ueratro? Quid crudi proceres in lectis atreis scribentes notantur potissimum? Quid uult sibi: Vos o patritius sanguis? Quid quòd Persius monetur: Videat ne maiorũ sibi forte, hoc est, nobilium limina frigescant? Post quæ discædens, utrum indignatur, quòd in plebeios, an potius quòd in nobileis nihil tale sibi liceat, quale olim Luualio, qui non arripuerit eos modo, sed etiam genuinum fregerit in illis, hoc est, nimis libera insectatione exarserit? Ostendi iam satis (ut opinor) hæc satyram nõ in poëtas, sed nobileis ferri. Restat nunc ostendere reprehensionis caput esse, peccata scribentium, non illa tamen compositionis, sed materiæ quam sibi eligant omnes ferè contra bonos mores, & leges maiorum, eoq; dementiæ redigant cæteros, ut nemo iam utilia amplius scribere propterea, aut legere curet.

re curet. Omneis enim placendi causa scribere. Quod quum ita sit, omnes etiam talia scribere, qualia placere, & probari uideant, maximè nobilibus. Vnde fiat, ut quotidie malis moribus adstruatur aliquid: contra, bonis deædat, culpa & flagitio eorundem, anilibus nugis & fabulis indicis autoritate sua pretium augentium, nec (ut deæbat) solidis & grauibus studijs ullum meritum honorem deferentium. Quare non ignorantie uitia (nisi obiter) sed uitæ, & morum de-honestamenta castigare & reprehendere principatim nunc in scriptoribus Persium, argumento interrim est illud, quod primo statim uersu, inquit: O curas hominum, ô quantum est in rebus inane. Non quantum est inquit, in literis, in syllabis, in uerbis, sed quantum est in rebus inane. Quis leget hæc? nemo Heraule, nemo? uel duo uel nemo. Nec obstat, quòd hæc à monitore diu uideantur ad Persium. Nam quia tam multa sunt inania in rebus Romæ .i. quia passim omnia sunt ibi plena stultorum, hinc illud subit, quòd nemo hæc, id est, utilia, & moribus profutura, leget. Nam non hoc erat tam inane, q̄ Persius honesta componebat, quàm erat inane, quòd nemo hæc honesta, & utilia lecturus erat. Vnde etiam ipse poeta continuo ex sua persona respondet, nugæ: Quasi dicat, nugæ sunt, eo quòd nec utilia nec honesta curantur Romæ, ideò statim talia non scribere, cum honesta per seipsa expetenda, & amplectenda sint, nõ propter laudem hominum, quæ sequi debet, non appeti.

peti. Vnde seipsum fatetur quidem non recusare os
populi, sed non ambire, dicens:

Non ego cum scribo, si fortè quid aptius exit,
Quando hæc rara avis est, si quid tamè aptius exit,
Laudari metuam: neq; enim mihi cornea fibra est,
Sed recti finemq; extremumq; esse recuso.

Quare & intempestiva hæc ὑποτυρία siue au-
ditas auræ popularis, uel acerrimè notatur à Persio,
& uelut reliquæ uniuersæ stultitiæ mater deridetur,
itaq; exploditur tota propemodum satyra. Cur enim
pexus ille, pulcherq; populo reatans potissimum in-
cessitur à Persio? Nonne quia famæ seruit ineptus?
Quia scire suum, nihil putat, nisi se scire hoc sciat al-
ter? Quia digito optat monstrari? Optat arratorum
dictata fieri? Cur iterum ille inter Romulidum pocu-
la, Phyllidas suas cantillans, præcipuè eligitur ad ri-
diculum? Ideò sanè, quia honestate non mouetur, sed
laude duatur inani, plausu & assentatione capitur fu-
tuli adulantium, etiam nunc senex & uetulus ipse.

Quod (ut turpissimū faciunt) insectatur meritò poë-
ta, sæpius canitiem ideò, & seniū appellans atq; incre-
pitans. Hinc illa plena quidem indignationis: Tunc
cum ad caniciem: & Tūn' uetulæ? & En pallor, se-
niumq;. Inde igitur quòd nobiles (etiam senes & æ-
ni) ex huiusmodi rebus tam leuibus, tamq; inanibus,
adhuc quasi lasauiantes adolescentuli, laudem et plau-
sum passim captarent, & non potius more maiorum
alia grauiora, et digniora se spectarent, poëtam sibi
scribendæ huius satyræ materiam sumpsisse, liquidò

manifesteque apparet. His itaque sic demonstratis, uide-
 licet non poetas, sed communiter quosuis scripto-
 res, et praecipue nobiles (maximeque ex eis senes) ta-
 xari à Persio, neque id tam quòd scribant reatent ue
 carmina, seu prosam orationem, quàm quòd materiã,
 et argumenta horum inutilia, et saepius flagitiosa sibi
 sumant, unde uelut ex capite, quamplurima peccata,
 eaque indies grauiora, deriuentur in iuuentutem, infe-
 ro et concludo pauas, nihil aliud esse hanc primam
 satyram Persij, quàm reprehensionem nobilium Ro-
 manorum et proprie senum, studio et otio scriben-
 di, per turpeis et indignas nugas, ad inanes glorio-
 las, auditorumque assentatiunculas nequiter abutentiũ.
 Habes Murrmelli, tantum de prima satyra Persij, et
 liminari eius choliambo, meam sententiam (nam de re
 liquis mihi scribere, modo non uacat:) quam si pro-
 bas, gaudeo: sin improbas, poenitet profecto temeri-
 tatis, quòd nouo hoc modo in scenam, coram te
 Roscio literario prodire non extimuerim.

Vale, et ista qualiacumque tandem ui-
 debuntur, boni consule. XII.

Calend. Aprilis.

Coloniae.

A. PERSII FLACCI VITA EX

libro Petri Criniti de poëtis latinis tertio.



VL. Persius Volaterris, Hetruriæ oppido natus est. Quidam existimant Luna, quòd hoc uideatur in sinuari ab ipso Persio. Eusebius certè & grammatici ueteres Volaterranum faciunt. In secundo ordine permansit, ut adnotatum est. Constat eum claruisse iisdem fermè temporibus, quibus Domitius Nero imperium Romanæ urbis suscepit. In grammaticæ præceptorem habuit Rhemnium Palemonem Vicentinum, qui grauissimas inimicitias dicitur exercuisse cum Marco Varrone. In rhetoricæ Flauium Virginiũ, si fides adhibeatur grammaticorum commentarijs, qui eundem Persium exposuerunt. Anneum uerò Cornutum, qui philosophiæ studio excelluit, magna diligentia, singulari quæ observatione coluit, cum quæ eo familiarissime diu uixit qua in re mirificæ gratulatur Persius sibi ipsi, quòd sibi contigerit Cornutum habere præceptorem, optimam quæ illius disciplinam atque institutionem sequi, ut amice ac libere ad eum scribit: Cum quæ iter ambiguum est, & uitæ nescius error Diducit trepidas ramosa in compita mentes Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos Socratico Cornute sinu. Amicos præterea maximè dilexit, Anneum Lucanum, Cæsium

sium Bassum, qui in lyricis carminibus claruit, & Macrinum, quod aperte colligitur, cum ipsius Persij uersibus, tum ueterum commentarijs. Probis moribus fuit, & egregia uitæ integritate. Quod circa continere se non potuit, quin ipsum quoque Neronem, cuiusq; iniquissima flagitia liberius accusaret, ut qui sub Mida regis nomine illum irriserit satyrica quadam urbanitate, sed admonente Cornuto, carmen immutauit. Composuit satyras numero sex, præfatus in his multum se laboris atq; diligentia posuisse, neq; se repente poëtam prodiisse. Non desunt, qui scribant, imperfectum fuisse hoc opus à Persio relictum. Quod mihi uerisimile uidetur, propter immaturum illius obitum. Quum publicarentur Persij satyræ, mirum est, quàm fuerint iudicio eruditorum approbatæ. Itaque maiorem laudem atq; ampliorem commendationem meruit, quàm grande illud, atq; operosum poema Marsi, quod Amazonidis nomine inscripsit, ut Fabius, & Valerius Martialis testatur:

Sæpius in libro memoratur Persius uno,

Quàm leuis in tota Marsus Amazonide.

Secutus est in scribendis satyris poëtam Luualium, qui acerrimus fuit in notandis atque insectandis Romanorum uitijs. Relatum est ab Eusebio, eum periisse, cum nondum trigesimum uitæ annum compleuisset: quo tempore Nero imperator, omnium scelerum cumulatisimus, cum cantoribus ac scenijs hominibus in theatro decantauit.

DE

DE SATYRA.



Atyra armē est apud Romanos ma-
ledicum, & ad carpēda hominū ui-
tia, archæ & comœdiæ caractere cō-
positum. Archæa, comœdia uetus di-
atur: ἀρχαί. & enim græcè, prisca
& antiquus interpretatur latinè, de qua Horat. pri-
mi sermonum libri satyra quarta:

Eupolis atque Cratinus Aristophanesq; poëtæ
Atque alij, quorum comœdia prisca uirorum est,
Si quis erat dignus describi, quòd malus, aut fur,
Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.

Hinc omnis pendet Luilius, hosæ secutus
Mutatis tantum pedibus, numerisq; factus.

Satyra dicta est à Satyris deis, quos non solùm pro-
teruos, sed risores etiam, & diaces fuisse Flaccus o-
stendit in arte poëtica. Horum igitur nasutas ir-
risiones, diaçitatem, mordacitatemq; saty-
ria poëtæ imitantur. Vnde illud: Sed

sum petulanti splene cæchinno,
& id genus alia non

pauca.

DE SATYROGRAPHIS.



Atyræ latine scriptores quatuor celebrantur, Lucilius, Horatius, Persius, & Iuuenalis, tametsi quidam Turnum nescio quem (nisi quòd eius Martialis meminit) eorum numero accenseant. C. Lucilius satyrarũ libros supra triginta cõposuit, uti Varro et alij grãmatici ostendũt. Eruditio est in eo mira, libertasq; et acerbitas et abundè salis, sed hominũ incuria nullũ hodie Lucilij librorum superest, uersus autem aliquot passim apud quosdam scriptores reperiuntur. Quintus Horatius Flaccus quatuor satyrarũ lib. scripsit, quorũ duo inscribũtur Epistolarũ, quasi ad absentes, reliqui uero duo, Sermonũ, tanquã ad præsentes. Quintilianus præcipuum in satyra dicit hunc ipsum ac purum in primis & tersum. Quin hoc illi proprium & peculiare fuit, ut ridenti similis, & quasi dissimulans, improbitatem ac uitia hominum accusaret, quòd ea magis urgeant atque afficiant, quæ sensim irrepunt, quàm quæ aperta fronte inuadunt. A. Persius Flaccus multum & ueræ gloriæ quàmuis uno libro meruit, & à diuo Hieronymo satyriacus disertissimus nuncupatur: nec immerito, nam & sanctitate scribendi, et sententiarũ grauitate, & uerborũ pondere, & satyrica urbanitate nulli postponendus esse uidetur. Insetatur uitia, fontes carpit, præceptis legentium ani-

mos

mos sanctissimis format & imbuit, quem nunc eo impensius placitum pudicis auribus confido, quod foediora quaedam castos adolescentes dubio procul offensura, sunt providenter resecta, ita ut iam nullus anguis in herba, nullus coluber sub frondibus delitescat. Decius Iunius Iuvenalis quinque satyrarum libros fecit, eruditionis multijugæ refertissimos, qui ut est morum censor optimus, & vitiorum acerrimus insectator, ita et inter satyricos lectu foret dignissimus, nisi compluries nefandissima quaedam sui seculi flagitia nimis apertè (ne dicam impudenter) taxando explicaret.

FINIS.

M

INDEX VOCABVLORVM

Murmellianis Scholijs enodatorum.

A	Cærso	66	Axis	122
	Acerra	59	Balteus	109
	Aceruus	159	Barbatus magister	101
Acius	40	Bauas	103	
Aedilis	56	Biantis præceptū	122	
Aerumna	41	Bathyllus	134	
Aesopi apologus	105	Beatulus	96	
Agaso	125	Bestius	152	
Annularis digitus	63	Bidental	62	
Anticus	37	Bicolor membrana	73	
Anticyra	102	Bouillæ	155	
Antiopa	41	Braaa	82	
Antitheton	43	Braatus	ibidem	
Aqualiculus	35	Brutus	126	
Arcesso	66	Bryseus	39	
Aræsilas	92	Bullatus	114	
Araus	85	Cachinno	21	
Ars	132	Cachinnus	ibidem	
Aristophanes	55	Cachinnor	ibidem	
Arista	98	Calo	131	
Asper nummus	91	Canina litera	51	
Artocrea	155	Canini dentes	53	
Asis	125	Canicula	81	
Atys	48	Canthus	122	
Auricularis digitus	64	Cappadoes	159	

M ij Capri-

INDEX.

Caprificus	24	Cultor	121
Castoreum	138	Dama	125
Catasta	159	Delumbis	48
Cerdo	109	Democles	78
Centusſis	145	Deunx	139
Ceueo	43	Digitorum nomina	63
Chereſtratus	142	Dij depellentes	142
χαῖρε	11	Dinomaches	103
Chiragra	121	Ece	38
Chryſis	142	Effrons	132
Ciconia	35	Eleuo	20
Ciata	101	Elegidion	33
Cippus	27	Emax	59
Cirrus	26	En	138
Cirratus	ibidem	Ennius	7
Citrus	33	Ennij tria corda	148
Cleantes	122	Equidem	118
Clius Virbij	155	Ergenna	62
Coctum	48	Effedum	154
Cogitabundi hominis ge ſtus	49	Euge	30
Cornicari	113	Euce	23
Coruus	11	Eupolis	55
Corui	12	Examen	20
Craterus	87	Fœniſca	152
Cratinus	55	Fermentum	23
Crepida	55	Feronia	125
Crepis	ibidem	Fertum	67
		Feſtucæ	143
		Fibra	

INDEX.

Fibra	33	Irriguus	121
Ficus Mercurialis	133	Irrito	51
Fidelia	76	Iunix	66
Fistuca	143	Labeo	20
Floralia	145	Laerna	33
Fons caballinus	7	Lena	27
Frixorium	41	Lallare	75
Galli	145	Libertas quid	126 &
Gausapa	154	130	
Genius	59	Lemures	145
Genuini dentes	53	Litera Pythagora	83
Gluto	133	Lippus	125
Hedera	7	Luctificabilis	41
Heliconides	ibidē	Luctifico	ibidem
Heraules	59	Luna	148
Hesiodus	7	Lupus	52
Hircus	92	Maior aumulus	156
Hircosus	ibidem	Manius	155
Horoscopus	151	Mena	91
Hyacinthinus	26	Mamma	75
Hypsipyle	27	Mansurius	130
Ianus	35	Mantica	105
Impudicus digitus	63	Maras	124
Impetus	85	Melicerta	132
Index	63	Medius digitus	64
Infamis digitus	ibidem	Melos	13
Insanus	81	Mephites	96
Ira	98	Mercēs	62

M iij Meta

INDEX.

Meta	89	Ora	81
Mida fabula	53	Orestes	98
Min	18	Ouatus	67
Mi	ibidē	Ozimum	103
Minimus digitus	64	Pacuius	40
Mæonides	148	Pales	38
Molares dentes	53	Palpo	145
Mos satyricorum	9	Palpor	ibidem
Mutire	53	Pannucius	103
Mutius	52	Pappare	75
Mycenæ	113	Parilia	38
Nacæ	76	Parnasus	7
Nectar	14	Perillus	78
Nepos	158	Pericles	102
Nequiquam	67	Pero	132
Nerius	60	Peronatus	ibidem
Nugæ	20	Persij uita	173
Numeri crudi	46	Phyllis	27
Nummus dolosus	12	Pica	11
O interiectio	29	Picæ	12
Obba	139	Pileum	125
Obstipus	92	Pituita	67
Ocare	152	Plasma	23
Ocimum	103	Plutei	49
Ocymum	ibidē	Poëtarum genera qua-	
Ohe	23	tuor	5
Oletum	52	Poëtria	13
Omentum	67	Pollex	63
			Polyda-

INDEX.

Polydamas	18	Sardonix	22
Popa	158	Sartago	41
Posticus	37	Sambuca	131
Pote	34	Sazon	4
Præcordia	53	Scombrus	29
Primores dentes	52	Sclopus	113
Psittacus	10	Senio	81
Publius	124	Seria	59
Pulpa	69	Semipaganus	8
Pulydamas	18	Sequax	ibidem
Pupillus	102	Smâput	158
Puppus	72	Sistrum	145
Puppa	ibidem	Solon	92
Puteal	109	Socrates	101
Pyrene	7	Strigilis	138
Pythagoræ litera	83	Strigil	ibidem
Quaterni ordines den-		Splen	21
tium	52	Spumosum armen	47
Quî pro quomodo	34	Staius	61
Quintus Cinnatus	39	Sumen	33
Ramale	47	Suber	47
Remus	39	Subter	79
Recutitus	145	Suburra	117
Romulidæ	26	Surrentina uina	95
Rubellum	139	Supplico	143
Salutaris digitus	43	Surdum spirare	152
Sanna	37	Talus	132
Saperda	138	Tectorium	115
		M iij	Ten

INDEX.

Tén	26	Vegrandis	47
Tendo	85	Veientanum	139
Tesserula	124	Velia	124
Tetrius	148	Velina	ibidem
Theta	102	Vena	40
Thynnus	145	Vendax	59
Titus & Tituli	23	Venenum	78
Timentes cur palleant ac tremant	97	Venosus	40
Tressis	125	Veratrum	32
Tria studiosis maxime necessaria	82	Verruca	40
Troiades	19	Verrucosus	ibidē
Trosulus	41	Vertigo	124
Trutina	20	Versus proprius	46
Tuatum	66	Versus teres	48
Turbo	125	Vettidius	196
Vappa	ibidem	Vibex	109
Varus	102 & 128	Vide tertiae coniugatio - nis	51
Varicosus	145	Vindicta	129
Variæ	ibidem	Vmbo	117
			AD-

INDEX.

ADAGIORVM EXPLICATORVM INDEX

A	Bsque scopo iaculari	86	Elleborum bibe, ede, et elleboro te purga	103
	Ad pileum uocare	125	Eiusdem farinae	134
	Ad unguem	37	Ex tempore uiuere	87
	Anicularum deliramenta	130	Fixis oculis intueri	92
	Auricula infima mollior	51	Gannire in aure	131
	Aues quaeris	86	Genio sinistro	106
	Benignior pellae uolpe	134	Hoc bene sit	107
	Bullatis nugis	114	Homo bulla	59
	Carbone notatus	133	Homo non tressis	125
	Caudam iactare	102	Indulgere genio	139
	Cedimus inq; uice prebeamus crura sagittis	108	In herba est	152
	Cornicaris	113	In se descendere	105
	Cret a notatus	133	Intus ei in cute noui	76
	Cu sapimus patruos	20	Ira cadat naso	130
	Cursu lapada trado	156	Magnos promittere motes	87
	Defraudare geniū	139	Mantica q; in tergo est non uidemus	105
	Demens qui longus	131	Messe tenus propria uiue	152
	De pulmone reuello	130	Multi Manij Aritiae	156
	Dijs iratis	106	Multorum fames est doctrix	12
			Nauiget Anticyra	103
			Nec	

INDEX.

Nec te quæsiueris extra	20	Quot homines tot senten- tiæ	120
Ne sis mihi tutor	95	Rara avis	29
Nosæ te ipsum	88	Salem lingere	138
Nostræ farine	134	Saliuam imbibere	152
Nuabus relictis	20	Sambucã atius caloni a- ptauesis alto	131
Obsequium amicos, ueri- tas odium parit	51	Suberatum aurũ	133
Paries dealbatus	134	Suspendere naso	53
Paupertas sapientiam sor- tita est	12	Tecum habita	110
Perfricare frontẽ	132	Theta præfigere	102
Pinguis uenter non gignit sensum tenuem	35	Tibi luditur	75
Progenies terræ	156	Vellere barbam	62
Purgatæ aures	122	Venienti occurrere mor- bo	87
Quantum non melius uiue oberret	106	Veteris auie	130
Quocũq; pedes ferẽt	86	Viue cum hominibus tan- quàm deus uideat	59

FINIS.

Varia lectio iuxta Aldinum
exemplar.

Facie	Verfu	
3	7	affero nostrum
		Versum nonū, Coruos quis olim & c. nō habet
eadem	4	poëtridas pias
15	2	nemo hercule, nemo?
37	23	quum & Dictatorem induit
42	5	tepidum hoc optes
eadem	8	bellum hoc, hoc bellum?
49	25	scrobe? nusquam?
54	5	uægrandi cum sene
eadem	7	inde uaporata
54	9	posat dicere lusæ. Basiliense
57	19	conditur uxor
eadem	20	flumine mergis
71	13	findor ut Archadiæ
eadem	eodem	rudere dias
eadem	16 et 18	querimur
73	11	teneroq; columbo
83	17	aut quidnam uicturi
eadem	18	flexus, & unde
eadem	ultimo.	desererat ora
91	18	meditantem somnia
eadem	20	hoc est quod palles
eadem	21	his populus ridet

VARIA LECTIO.

93	7	exuberat grauis
eadem	22	litatus amomis
108	8	respice quod non es
123	2	scabiosum tesserula
126	14	exæpto si quid Mansuri
eadem	17	erat stultus dare
141	3	ne nunc, cum accersar
144	8	Vulpenius ingens
150	1	quid metuis? o aza,
eadem	3	ast uocat officium
152	24	gestas induco
157	5	quid reliquū? reliquum nunc nunc
157	16	se a: iam triplex.

FINIS.



Biblioteca
9.

BU

Biblioteca de Santa Cruz

9-523

UVA, BHSC, BU

09523



UVA BHSC. BU 09523

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY
09523

UVA. BHSC BU
09523